



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

LÉGUÉ
à la Bibliothèque de la Ville de Lyon
PAR LE COMTE
SÉBASTIEN-GAËTAN-SALVADOR-MAXIME
DES GUIDI
né à Caserte (Italie), le 5 Août 1769
mort à Lyon, le 27 Mai 1863

Ex Libris Rom. Agabini eis. an. 1841



*Autinam posset pingi, ut mortalis imago
Sic genus et Pietas, crux et ingonium*

D. Gregorius Messorius.

and. Maillar Scip

880543

ANTONII SANFELICII
CAMPANIA
NOTIS ILLUSTRATA
CURA ET STUDIO
ANTONII SANFELICII
JUNIORIS.

Editio V. post Amstelodamensem,

Cui accesserunt

AUCTORIS POËMATA,

Item Vita a Jo: Baptista Ursø e Soc. Jesu descripta,

Eruditorum Virorum de eodem honorifica testimonia,

Tabula Chorographica ad ipsius mentem delineata,

Et Index Geographicus locupletissimus,

Sanctissimo Domino Nostro

BENEDICTO XIII.

A FERDINANDO SANFELICIO

D I C A T A.



NEAPOLI clo 1500 XXVI.

Excudebat Johannes-Franciscus Paci
P U B L I C A A U C T O R I T A T E .

Sanctissimo Patri
BENEDICTO XIII.
PONTIFICI MAXIMO

FERDINANDUS SANFELICIU\$

Perpetuam felicitatem.



UM nemini dignius Ge-
graphica opera dicanda arbitrer, quam
Patri Orbis terrarum, cuius ductui ad
æternam salutem tradidit Deus omnia
regna mundi; & hæc Campaniæ Fe-
a li-

licis descriptio præcipuo quodam jure
Tibi debeatur , ut quæ Regio magnis
& æternis tuis , PATER SANCTISSI-
ME . Familiæque tuæ monumentis illu-
stratur : illam tamen ut Nominis tuo San-
ctissimo nuncupem , peculiariis quædam
a me grati animi ratio postulat , ut ni-
mirum aliquod omnibus Paternæ Cari-
tatis tuæ in me , domumque meam
totam testimonium darem , & quacun-
que ratione possem , maximis & am-
plissimis meritis gratiam referrem .

Enimvero ea in nos clementia es ,
Pater Beatissime , ut quamvis ubique
gentium summæ beneficiorum velut in
signaveris , nullibi tamen frequentiora aut
clariora , quam domi meæ extare volen-
teris . Non enim ex nobis unum aliquem
(ut naturæ consuetudo fert) quem dili-
geres elegisti , sed quotquot suimus fa-
miliæ capita , eximia benevolentia com-
plexus es .

Nam (ut eos primum commemo-
rem ,

rem , quos jam humanis rebus exemis
æteritas) quam carum Josephum San-
felicum habueris , & verbis sæpe , &
factis non semel probavit præclara illa
tua , ac sane honorifica de eo opinio ;
quem doctum & pium vineæ Domini
operarium reputans . Dogmáticas præ-
lectiones Neapoli in Congregatione Mis-
sionariorum Ecclesiæ Metropolitanæ , cui
ille addictus erat , habentem , præsen-
tiæ tuæ honore decorasti ; & a Sede Be-
neventana illius sententiam de rebus ar-
duis exquirere non es dignatus . Qui-
bus dilectionis tuæ argumentis , Pater
Sanctissime , plane innocuit universis ,
iis semper ad gratiam tuam aditum pa-
tuisse , quos iudicio sapientissimo aliqua
virtutis laude ornatos esse judicaveris .
Fratrem vero Thomam Mariam Sanfe-
licium , Sacri Ordinis Prædicatorum Ma-
gistrum , quem specialis prærogativa pro-
fessionis suæ ampliori dilectione tua fece-
rat dignum , fovere , eique in rebus omni-

bus adjutorem esse non destitisti. Cumque acerba, & inopinata mors Neapoli de medio fratum suorum in Choro Conventus Sancti Spiritus, quem Prior regebat, laudantem & benedicentem Deum sustulisset; inter multos, quos eodem tempore ex eo Sacro Ordine eadem ceterimi morbi vis improviso oppressit, felicissimo illum, ac maxime invidendo interitu oppetiisse, amantisimo judicio censuisti.

In Antonium vero Episcopum Nericinum, fratrem nostrum natu majorem, qui primogenituræ juribus sese abdicans, Ecclesiasticæ militiæ nomen dedit, ita egregio ac singulari studio fuisti, Pontifex benignissime, ut maximis, & perpetuis beneficiis in eum tuis & merita illius excesseris, & vota. Nec ille immerito, quidquid est, & si quid laude dignum in Episcopatu gesserit, humanitati, ac dilectioni tuæ refert acceptum; ingenuaque fatetur se cessurum omnino tanto

tanto oneri fuisse, nisi Te Magistro San-
ctissimo sustinendi muneris sui rationem
didicisset. Enimvero accitus olim a Te
Beneventum, ac quatuor supra quadra-
ginta diebus apud Te religioso, & libe-
rali hospitio usus, cumulatissime est edo-
ctus Apostolicas Episcopi partes, quas
in Te ad omnium Pastorum doctrinam
Catholica Ecclesia suspexit semper, nunc
autem eminentius ex isto altissimo Pon-
tificatus fastigio refugentes ut cum ma-
xime admiratur. Itaque in Ecclesiam
suam rediens, & regiminis sui cursum ad
amussum magisterii tui, aliqua ex parte
pro facultate sua componere aggressus,
hanc egregiam consecutus est laudem,
ut discipulus tuus, Pater Beatissime, ap-
pellaretur. Quo saepe nomine, mecum
colloquens, illum Carolus Mauritius a
Lotharingia Elbovianorum Princeps,
cum Neapoli degeret, insignivit.

In Apostolatus culmen Tibi erecto;
tanta maxima omnium in terris digni-
ta-

tatis accessione, nihil de paterna tua in
eum comitate decessit; quod palam
ostendere non dubitasti, primum cum Ti-
bi, & Ecclesiæ Pontificatum Maximum
per epistolam Neriti datam gratulantem,
literis humanissimis, & honorificentissi-
mis compellare dignatus es: deinde vero
Romam adveniens, tum ut Sanctitatis tuę
pedes exoscularetur, ac villicationis suę
rationem redderet, tum etiam ut inter-
esset Romanæ Synodo, a Te zelo admi-
ribili, & priscorum temporum san-
ctioniam æmulante indictæ, & Aposto-
lica providentia perfectæ, incredibili cle-
mentia exceptus est; multaque pro Ec-
clesia sua roganti nihil negandum cen-
suisti; omniaque quæ ad illam ornan-
dæ, sanctificandæque conducerent,
digna Christi Vicario largitate indul-
sistì.

De me autem, Sanctissime Pontifex,
quem singulari semper humanitate eapro-
secutus, nihil admodum dicam, non quod

ve-

verear ne mea beneficiorum tuorum prædicatio aut minus grata Tibi sit , aut arrogans videatur ; tanta enim benignitas es , ut munificentia tua laudes cum iis quos demereris susceperis , communicare studeas & contendas : sed quia nec mea facultas , nec hujusce epistolæ brevitas patitur . Agam tamen gratias beneficentia tua , quod me ad cultum illarum artium , quæ ordini meo convenire deprehendi , incenderit & instruxerit . Nam cum ab adolescentia plurimum fuerim Architecturæ studiis delectatus , & Sanctitatis tua judicio dirimendis hac de re controversis aliquando exhibitus ; cumque urbes aliquot obiverim , ut elegan- tiora artis hujusmodi exempla viserem , nusquam cultiora & nobiliora videre potui , quam in Beneventana Archidiœcesi , cui tot annos ad Dei gloriam , & illius Provinciae felicitatem præfui . Ibi augusta templa , pretiosa altaria , colle- gia , & cœnobia amplissima , fontes de- nique ,

nique, & aquæductus operosissimos, ære,
providentia, & præsencia tua instaurata,
erecta, constructa, ornataq; urbs Beneven-
tum læta admiratur, & ipsa sibi ren-
tam per Te antiquæ gloriæ magnitudi-
nis gratulatur.

Quid de Sipontina Ecclesia dicam? cui
vetustate prope fatiscenti, & squalore
obsitæ, tantum liberalitate tua, Pontifex
admirabilis, splendorem addidisti, ut ex-
structam turrim campanariam altissimam,
erectum obeliscum in honorem S. Mi-
chaëlis Archangeli, ejusque statuam per-
eleganti opere in vertice sitam, digestas,
constitutas, laxatas ædes Archiepiscopa-
les, totamque urbis faciem cultu, nitore,
münditiaque illustratam, Peregrini proxi-
mum S. Archangeli Sanctuarium ex omni-
bus terrarum partibus visitantes, inter
egregia Neapolitani Regni opera admis-
tentur. Quid de Cesenati Ecclesia? quid
de Neritina? quid de Neapolitana, usq; adias
præterea, cuius Capitulum nuper insigni
ho-

honore auxisti , & ad jacentem illius censem levandum animum intendisti ?

Sed & ipsi Romæ , qua nihil esse in terris grandius summi viri prædicarunt , quamque lucem Orbis terrarum appellarunt , magnum per Te , Pontifex gloriosissime , allatum est splendoris & amplitudinis incrementum . Videt enim Urbs ista , gloriae domicilium , erectorum ex electis marmoribus Sanctissimo Patriarchæ Dominico in Sanctæ Mariæ supra Minervam ære tuo Sacellum augustum . Videt Sacella Divi Thomæ Aquinatis , & Sacratissimi Rosarii instaurata , & solemnni ritu consecrata , refectam atque expolitam Ecclesiam antiquissimam S. Mariæ in Dominica , & Constantinianæ Basilicæ extra moenia Doctori Gentium sacrae porticum restitutam . Videt , imo vero stupet excitatum regali munificencia nosocomium pro lepra & scabie laborantibus , tantaque celeritate absolutum , ut si quis magnitudinem operis cum

b

tem-

tempore conferat ; etiam ultra patet.

Hinc animum meum libido incessit , ut quæ ego ad hanc diem Altaria , Tempa , cæteraque Architecturæ opera delineaverim , incisis illorum omnium exemplis , & in unum volumen redactis , judicio tuo sapientissimo exhiberem : sed cum præli tarditas longiorem laborem desideraret ; in opportuniora tempora hanc curam conjeci .

Dintius ergo officii mei persolutionem non retardabo : & quoniam amplitudinem amoris in nos cui illustriori aliquo grati animi mei monumento , ut ipse optarem , & par esset , posteriorum memoriarum tradere non possum , nihilque facultati meæ occurrit , quod maiestate , & sanctitate Pontificatus cui dignum esse videatur ; utar consilio magni illius Spartanorum Regis Menclai apud Homerum , qui Telemacho hospiti suo gratificatus , quod optimum & pre-

tio-

tiosissimum in domesticâ supellecili sua
erat exhibuit :

Λέρος δ' ὁσσ' εἰ τῷ φόνῳ πατέρινα κεῖται,
Δάσω δὲ κέλλεσσον καὶ τύμπανον εἴσι. Odyss. O. 113.

Hanc itaque ego Campaniae Felicis
Chorographiam ab Antonio Sanfelicio
Seraphici Ordinis servantissimo , atque
doctissimo , Familiae nostræ ornamento ,
ante annos ferme CL. adornatam , & ab
altero Antonio Episcopo Neritino fra-
tre meo , cum juvenis adhuc humanio-
rum literarum studiis operam daret ,
necdum ætatem suam Ecclesiasticis mi-
nisteriis mancipasset , Notis illustratam ,
veluti domus meæ ornamentum præci-
puum , Nomini tuo Sanctissimo dico
sacroque : quod si qua soles humanita-
te accipies , novo beneficio observantie
meæ studium cumulabis . Interim ad
pedes tuos sanctissimos provoluto , &
diuturna Beatitudini tue florentis vitæ ,
gloriæque tempora apprecaoti , Aposto-
licæ Benedictionis gratiam impertire .

b 2

AN-

ANTONII SANFELICII

V I T A

JOHANNE BAPTISTA URSO E Societate JESU descripta.

Antonius Sanfelicius, Francisco patre, & matre Adriana Caracciola ex Marchionibus Vici, illustria a pueru documenta dedit futurae virtutis. Erat enim in tenera etate pietatis supra etatem radiosus, cupidusque addiscendi semper a liquid; ut ex tanta indole facile cuivis eluceret, quam acceperat a majoribus generis nobilitatem, labentibus annis, quanto ilustriorem esset ad posteros transmissurus. Sed etiam tum puer tenebatur studio bonarum artium, tam celso animo despiciebat quae solent mentes abripere puerorum, is profecto videbatur ad summam illam vere sempiternaque laudis metam cum paucis percurrere, nec tam naturae diuina, quam divino agente numine; id quod non diu post exitus comprobavit. Nam vix adolescentis nomen dedit Franciscanæ de Observantia Familia; ibique in summo otio nunquam otiosus eam navavit cum literis, tum pietati operam, ut brevi ad altissimum doctrinæ, ac sanctitatis fastigium evaserit. Siquidem in omni doctrinarum genere præstigit: sed musis amoenioribus delectatus, politioribus literis fuit ornatissimus: atque in locis etiam describendis mirem quantum valuit. Ejus autem ingenii felicitatem Chorographia Campanie ab eo tanquam penicillo depictæ, & varia que circumferruntur Carmina, luculente testantur. Quamquam longe plura ac majora, vel in gravioribus scientiis, præstare potuisset, nisi Christianæ consulere humilitati, quam humanæ servire laudi maluisset: Humiliter de se sentienti præoptandum censebat involvi silentio suum nomen, quam

quaz in suspicionept venire fidentis anishi , ut ipse de se
præfatur ad Capuanos . Sed scilicet honor fugientem se-
quitur . Nam paucis istis lucubratiunculis tantum sibi
peperit nominis , quantum vix quisquam magnis volu-
minibus . Nec parvus ad eam laudem cumulus accessit ,
opinio quæ de ejus castissimis moribus , de religione , ac
sanctitate percrebuit . Demirabantur omnes tot ornamen-
ta in uno viro cumulata , genus illustrissimum , variam
summamque doctrinam , peccus nive candidius , animum
semper alta & præclara , semper divina suspicentem , ac
summa flagrantem cupiditate ignaros docendi , perditos
servandi , Christianæque Reipublicæ terminos proferendi .
Quæ omnia illuktriora ipse faciebat , cum in tam sublimi
meritorum gradu constitutus , mirum in modum plus le-
yissimo cuique , quam sibi tribuebat . Sæpe professus est ,
nihil se tam cupide expetere , quam orbem terrarum tam
portentosis vanissimarum Religionum monstris libera-
tum , atque ad verissimam sanctissimamque Romane Ec-
clesiæ Fidem revocatum , Conditorem suum Deum Tri-
num . & Iesum agnoscere ac venerari . Eam obrem abla-
tas dios docendi occasiones libertissime accipiebat . Et
vero quidem simillimum censeri potest , sic affectum
erga salutem animalium , modo quidquam proficeret ,
nullo labore , nullo discrimine absterritum iri a tam ex-
optata provincia . Illud vero Evangelicum , Oportet sem-
per orare , & non deficere , in ejus animo dices penitus
insidere . Fuit enim egregio viro sollempne , quoties a re-
bus alijs vacaret , precibus tantum vacare : iisque jam
affiduitate sic assueverat , ut si quando egressus cum socio
Cœnobium , iret ad aliquid sibi per obedientiam demanda-
tum , ne mens in divinis defixa cogitationibus alio
averteretur , vel in plateis exaudirent Platmos , aliasque
preces suppressa voce recitantem . Ita omnibus admiran-
dus , mortalibus , immortalibus juxta caro , tam præ-
clare incohatham , tam sancte feliciterque traductam , ad
annum quintum & octogesimum perduxit vitam . Id
vero ætatis etiæ jam confecisse stipendia videri posset , pie-
tatis tamen munia nunquam remisit . Vestrum senio con-
fessus in morbum incidit : quo ingravescente , cum sen-
tiret

tiret alio sibi demigrandum ; statim flagitavit Ecclesiae Sacraenta , ut iis munitus , tanquam comparato comiteatu , commune omnium mortalium iter ingrederetur . Itaque summa cum veneratione ac pietate , ceterisque animi Christiani , ac Religiosi argumentis Sacraenta suscepit . Mox vero brachiis in crucem compositis , ad Superos evolavit , acri relicto sui desiderio . Nec enim levis jactura tantum virum sublatum ab iis censebatur , qui non ignorarent ejus doctrinam , consilium , sanctissima vitae pene celestis exempla plurimum attulisse mortalibus adjumenti . Sed nimis longe uberiorem ac prolixiorem de hoc viro pertexere historiam licuisset in iis , nisi egissent , qui vestigiis insistentes Seraphici Patriarchae , plus gerendis studeant rebus præclaris , quam evulgandis . At passus non est obscura obrui tantam lucem oblivione acri vir judicio , & veteri ac varia locuples eruditione Julius Cæsar Capaccius , qui vivaci stilo Sanfelicum erutum sepulcro vite prope restituit ; cum in suis illum Elogiis Plinio Secundo supparem , Catullo non inferiorem facit . Obiit anno a Divino Partu millesimo quingentesimo septuagesimo , cum natus esset superioris seculi quinto & octogesimo .

IN

IN EANDEM VITAM ANIMADVERSIO.

DE Antonii genitore diffusa videtur Historicorum sententia. Author Vita, Franciscus Zarzera de Insignibus Nobilium, & Lucas Waddingus in libro de Scriptoribus Ordinis Minorum Franciscum appellant. Contra Philibertus Campanilius, Carolus de Lellis, & alii de Familia Sanfelicia agentes Johannem nominant. Facile tamen utraque conciliabitur assertio, si dicatur parentem ipsum Antonii binomium fuisse, dictumque Johannem Franciscum: quod denominationis genus Sanfeliciae Generis familiare est. Grauior de Antonii aetate suboritur dubitatio. Ursus natalis ejus anno a Virginis Partu millesimo quadragecesimo octogesimo quinto affigit: quando foras nec conjugium inter Jobannem Franciscum, & Adriannam Caracciolam genitores intercesserat. Verior us sententia, cum sub annum sequenti seculi quintum ac decimum natum esse, vitaque cessisse septuagesimo, quem quintua circiter & quinquagesimum atatis complexisse. Certe anno memorati seculi quadragefimo primo, quo Carmina edidit, fuisse juvenem, vel ex eo licet conjicere, quod ipsem in ejus operis Praefatione iugenii sui Primitias eadem appellat. Atqui si anno superioris seculi octogesimo quinto natus esset, sextum & quinquagesimum atatis annum egisset: quod rationi videtur convenire non posse. Fatetur tamen in designanda Antonii aetate hanc nobis non omnino arridere epocham. Ambages nihilominus indicasse contenti, solidiora de illa praestolamur eruditorum judicia. Prater Carmina, & librum de Origine & Situ Campania, Notas & Additiones ad Thesaurum Lingua Latina Marii Nizolii lucubravit Antonius, que in domestica Gentis nostra bibliotheca probabant autographa.

ERU-

ERUDITORUM VIRORUM DE ANTONIO SANFELICIO

Honorifica testimonia.



Gnellus de Rogerio in Oratione, cui Titulus: *Neapolitana Literatura Theatrum*:
„ Loquor Antonium Sanfelicium , insi-
„ gneum illum aetatis suaæ Chorographum,
„ qui ob doctrinæ præstantiam alter Pli-
„ nius dictus est , quem in eis Campania
„ nix amoenissimas intento. videas defi-
„ xum obtutu , metiri omnia graphicè ,
„ altitudines montium , recessus vallium , amplitudines
„ fluminum , camporum aquora , adjacentium undique
„ locorum situm adeo culte venusteque describere , ut fe-
„ licissimam dicas Campaniam , quod ita pulchram na-
„ tura finxit , feliciorem fortasse , quod Sanfelicium ha-
„ buerit descriptorem .

Julius Cæsar Capacius in Elogiis Virorum Literis illu-
strium lib. 2. Elog. LXXV. pag. 366. „ Amœnissima Ita-
lia pars Campania inter illustres scriptores Plinio , &
L. Floro veriorem (ut qui patrium solum optime no-
verat) Antonium Sanfelicium Chorographum habuit .
A puerò mirifice terrarum cognitione fuisse delectatum ,
ipsem testatur . Sed satis fecisse arbitratus est , si Italicas
urbes cum Higino & M. Porcio Catone , quorum la-
bores periere , descripturus , unius modo Campaniae
imaginem tota Europa exquisitam repræsentaret . Quæ
licet exigua in-hac orbis parte cernatur , maxima tamen
cultis doctisque coloribus effecta , eo felicior prædicatur ,
quod Sanfelicium habuit : quem nec videoas

Eingentes insomnes Lebrygonas , atque Cyclopas:

¶ sed

,, sed apicēna litorum , sinuumque placidos recessus , sa-
,, lubres aquas , vitium arborumque luxuriem , campo-
,, rum felicitatem , oppidorum numerum nobilitatemque
,, ita describentem , ut suæ Campaniæ præconio apud
,, exterorū celeberrimus evaserit ; & cum de illustrandis
,, Regionibus agitur , primus in literatorum confessum
,, advocetur . Ad Plinii Secundi uberem , sed brevem , fa-
,, cundiam accessit : qui Latinæ orationis copiam profun-
,, dens , nunquam a rerum proprietate digreditur , uno
,, versu Historiarum volumina complexus . Epigramma-
,, tum scriptor elegantissimus . Quorum uno in Divi
,, Agnelli Neapolitanorum Templo pro Andrea Alexio
,, elatus est , quantum suis potuisse Catullus gloriari .

Idem Julius Cæsar Capacius in Dialogo cui Titulus ,
Il Forastiero , pag. 707. Die VIII. Sanfeliciæ Gentis vi-
ros illustres recensens , & laudans : *Antonio il più culto
letterato dell' età sua.*

Carolus Pintus apud eundem Capacium cit. Elogio-
rum libro , & loco :

DE ANTONIO SANFELICIO.

*Felix qui valuit patriamque , genuisque togatum ,
Et iactare animi munera magna sui .*
*Felix qui valuit causas exponere rerum ,
Et qui dives erat sat pietatis opum .*
*Felix qui Phœbi meruit gestare corymbos ,
Atque suum lauro ter redimire caput .*
*Felix Campana scriptorum gloria terra
Omine felici sub requiescit humo .*
*Nomine Flos niger est , Felix cognomine , felix
Et meritis (spes est) incolit ille forum .*

M. Antonius Surgens Patritius Neapolitanus lib. I.
Neapolis illustrata , fol. 233. num. 2. „ Omnes fere Re-
,, gni Neapolitani Provinciæ suum obtinuerunt Homerum ,
,, idest particularem laudatorem . Campania Felix , sive
,, Terra Laboris ab Antonio Sanfelicio illustrata est .

Franciscus Zarzera in Operc. inscripto , Dell' Insegne
de' Nobili , agens de Familia Sanfelicia fol. 200. Antonio
prese l'Abito di Monaco Francescano Osservante , ed essendo
molto dato allo studio delle Latine lettere , scriisse con dot-

to stile, benché brevemente, l'Istoria della Campagna Felice: ed in Verso Lirico diversi Componimenti.

Antonius Caracciolum in libro de Sacris Ecclesiae Neapolitanæ monumentis cap. 2. sect. 2. „ Porro Trebulano in Campania urbem nobilis ille descriptor Campanæ Sanfelicius inter Suefulam, & Capuam olim extitisse merito existimat.

Franciscus de Petris lib. 1. Histor. Neap. cap. 6. fol. 67. E finalmente nell' Istorie quel Camillo Portio, Michel Riccio, Francesco Marchesi, Antonio, e Tomaso Sanfelici.

Lucas Waddingus libro de Scriptoribus Ordinis Minorum lit. A. fol. 37. „ Antonius Sanfelicius, Francisco patre, Adriana Caracciola ex Marchionibus Vici genitrix, in adolescentiori ætate factus Minorita Regularis Observantiae, brevi in Omni doctrinarum genere feli-ces fecit progressus. Sed misis amœnioribus delectatus, politioribus literis fuit ornatissimus, & in re Geographica non mediocriter versatus. Cum de Italicarum Urbium descriptione (præsertim quod ab Hygino eodem argumento confecti libri perissent, ad modumque pauca de M. Porcii Catonis Originibus fragmenta super-sint) cogitasset, primum scripsit geographiam Campaniæ, sive de Situ & Origine ejusdem, quam breviter, & docte absolvit, dedicavitque Senatui, Populoque Campano. Circumfertur sub titulo *Campania* inter Auctores Italie illustratae, prodiitque olim Neapoli in xii. Deinde ibidem apud Dominicum Maccharanum anno 1636. præmissa ejus effigie, & vitæ compendio. Carmina pleraque variorum argumentorum partim impressa, partim manuscripta. Alia meditautem mors, eripuit anno MDLXX.

Idem Waddingus in Notis & Commentariis ad lib. 5. de Vita & Rebus gestis B. Jacobi Piceni Ordinis Minorum, Heroico Carmine descriptis a Johanne Baptista Petruccio Archiepiscopo Tarentino pag. 105. n. 10. „ Campaniæ amoenitatem, & fertilitatem omnes ferme, qui res Neapolitanas attigerunt, summopere commendant, & Felicis epitheton communiter adnectunt. Præ reli-

„quis peculiarem , & doctum de Campaniae laudibus
„scripsit tractatum Antonius Sanfelicius Minorita , vir
„nobilis & eruditus , qui variis editionibus separatim
„circumfertur .

Pauius Merula in Cosmographia Universali edita Amstelodami parte 2. lib. 4. fol. 895. „Calatia , Cajazzo ho-
„die Sanfelicio , qui de hac urbe in eleganti de Campania libello consulendus .

Camillus Peregrinus in Apparatu ad Antiquitates Capuæ , sive de Campania Felici disc. II. n. 37. pag. 480.
Così il Sanfelice , Religioso Frate Francescano dell'Officina vanza , e nobil Cavaliere Napoletano , nel cui nome ben deva finire questa mia Descrizione , s'egli alla sua volle dare un reverol principio dal nome del Senato , e Popolo di Capua mia patria .

Ferdinandus Ughellus tom. vi. Italæ Sacre in Provin-
cja xiiii. col. 3. editionis Venetæ: „ His de Campaniæ
„felicissimæ amoenitate , urbium numero , gentiumque
„ingenio delibatis , sed compendiose . Siquidem habuit
„illa multos , & illustres scriptores , Antonium Sanfelici-
„cium , Capacium , Camillum Peregrinum , aliosque
„eruditos viros .

Idem Scriptor in eodem tomo de Episcopatu Calatino col. 439. „ De qua Antonius Sanfelicius eleganti de Campania libello : *Montana est* , inquit , *Calatia &c.*

Abraham Ortelius in Theatro Orbis terrarum editio-
nis Antuerpiensis ex Officina Plantiniana fol. 96. „ Ac-
curate admodum literis comprehendit suam Sanfelicius
„Campaniam .

Guillelmus , & Johannes Blaeu in Novo Atlante parte III. de Neapolitano scribentes Regno „ Antonius San-
„felicius in eleganti de Campania libello .

Idem Johannes , & Guillelmus fratres Blaeu in Epi-
stola dedicatoria laudati libri de Origine & Situ Campa-
niæ : *D. Josepho Sanfelicio Archiepiscopo Consentino , in In-*
teriori Germania Nuntio Apostolico cum potestate Legati de
Latere &c. Edit. Antwerp. an. MDCLVI. „ Ostendit il-
, lam (Campaniam scilicet) suis , ac exteris magnus il-
, le , magnorum virorum testimonio celebris Antonius
San-

,, Sanfelicius propatruus vester; quem non immorito Plinii, niis, Hyginis, & Porciis Catonibus non blandientia, sed vera coæquarunt majorum, judicia.

Emmanuel Confalez Tellez in Commentariis ad Decretales Gregorii IX. passim laudat Antonium Sanfelicium.

Carolus de Lellis de Nobilibus Regni Neapolitani Familiis, sub titulo, *Della Famiglia Sanfelice* fol. 325. Giovanni Sanfelice. Fu sua moglie Adriana Caracciola de' Marchesi di Vico. Di lei ebbe Francesco, ed Antonio Frate della Riforma di S. Francesco, Religioso di molta bontà, e letteratura, che scrisse in lingua Latina con molta eleganza un libro della Campagna Felice, tenuto da curiose dell'antichità in molta stima; ed anche in verso Lirico diversi Componimenti.

Philibertus Campanilis in Opere, cuius Titulus, *Dell'Armi ed Insegne de' Nobili*, Familiam Sanfeliciam illustrans fol. 700. Da Giovanni, ed Adriana Caracciola nacquero Francesco, ed Antonio. Antonio prese l'Abate di Monaco Franciscano Osservante; ed essendo molto dato allo studio delle Latine lettere, scrisse con dotti stile (benche brevemente) l'Istoria della Campagna Felice, ed in verso Lirico diversi Componimenti.

Nicolaus Toppus in Bibliotheca Neapolitana lit. A. part. I. fol. 31. Antonio Sanfelice Monaco Franciscano stampò la Campania con molta esattezza appresso Mattia Cancer l'anno MDLXII. in 4.

Bernardus de Montfaucon, auctor Gallus Ordinis S. Benedicti Congregationis S. Mauri, in Diario Italico cap. 21. pag. 302. „ In Campaniam Felicem venimus, cuius perelegantem duobus hinc seculis descriptionem edidit Antonius Sanfelicius, latine ita belle scriptam, ut vix simile quidpiam illo ævo emissum sit.

Joseph de Magistris in Additionibus ad librum I. de Statu Ecclesiæ Neapolitanæ descripto a Francisco patruo num. 316. fol. 436. & seq. agens de Ecclesia, & Cœnobio Sanctæ Mariæ Gratiarum Neapolis: „ Floruerunt in hoc celeberrimo Minorum Observantium Cœnobia muliti alii viri docti, Antonius Sanfelicius, Francisco patre,

„tre, & Adriana Caracciola ex Marchionibus Vici genitrix natus, qui Campaniae Chorographiam, & Cartina pleraque circa annum MDLXX. edidit.

Dominicus de Angelis in Dissertatione de Patria Ennii Romae edita pag. 54. E'l dottissimo Antonio Sanfelice nel suo celebre libro de Origine & Situ Campaniae avvertì anchegli del nostro Ennio l'istesso intorno alle tre principali lingue, delle quali fu egli perfettamente pratico ed intendente.

Philippus Rondininus de Monasterio Casamarii cap.4. pag. 39. „ Amnem hunc (Fibrenum) multi existimant „ a Fucino superiore Marsorum lacu , per emissarium „ quod Claudio Cæsar extruxit , occultis huc dilabi vere „ nis . Quam opinionem errori obnoxiam esse diserte „ notat insignis Chorographus Antonius Sanfelicius anno „ tiquus auctor in aureo Libello de Origine & Situ Campaniae .

Johannes Baptista Pacichellus in opere inscripto , Il Regno di Napoli in prospettiva part. I. pag. 64. illustriores Neapolitanos Historicos designans : Nobilitata si vede la Storia da Gioviano Pontano , Benedetto Falco , Michele Riccio da Antonio , e Tommaso Sanfelice .

D. Didacus Maza Patricius Salernitanus in Vita Josephi Sanfelici Apostolicae Sedis in Germania Nuntii &c. pag. 6. Sta arricchita la Republica Letteraria dell' Opere de' Sanfelici , con le Poesie di Ludovico , con l'Istorie di Giovan Tommaso , con le celebratissime Opere di Antonia Sanfelice .

PRÆ-

PRÆCLARISSIMO SENATUI,

POPULOQUE CAMPANO

ANTONIUS SANFELICIU

S. D. P.

Humanis animis rerum divinarum, atque humana-
rum scientia cupiditatem a natura
insitam esse constat. Id nobis, Amplissimi Viri,
ea ratione ingenuit, quo bruta animantia, quæ
viribus, velocitate, virtute diuturnitate, ceteris
que corporis bonis nobis præeunt, uno Intellectus
caelesti dono antecellamus. *Veniam* quum non se
omnibus eadem vis mentis, diversa doctrinarum
genera homines pro animi captu secuti sunt. Theo-
logorum disciplina super æthera evolans, Divina
scrutata est mysteria; eaque mortalibus referavit,
ut Summi Boni cognita bonitate, illius desideria
& amore accenderemur. Qui non tam alte expli-
cuerunt alas, Mundi sphæram, inferioresque Si-
derum globos scrutati sunt. Infra hos quidam
elementorum ignis, & aëris effectus varios subtili
investigatione perquisiverunt, aliique alia. Ego
vero, qui meæ minervæ parum credens, in subli-
mia abire non sum ausus, terrarum sequi cogni-
tionem, quæ me a puero mirifice delectavit, operæ
preium existimavi. Quumque in ea diu versatus
intelligerem, quicquid ibi profecisset ponendum
esse in medium, humanæque impertiendum socie-
tati, cœpi cogitare de Italicarum Urbium descri-
ptio-

ptione ; præsertim quod ab Hygino eodem argu-
mento confessi libri periissent , admodumque pau-
ca de M. Porcii Catonis Originibus fragmenta
superfint . Ea de re mibi deliberanti subiit præ-
ceptum illud :)

Sumite materiam vestris, qui scribitis, & quam
Viribus .

Itaque mei vires ingenii metitus , videns me oneri
imparem , ad facilitiora verti filum , unamque
Italiæ partem Campaniam mibi tractandam delegi.
Opus ipsum Dei æterni omnipotentis numine ab-
solvimus , quod muneri vobis mittimus . Inclytæ
Capuae nostra merito debetur Campania , quam &
Latini , & Græci Scriptores Campaniæ dixerunt
principem ; quin propter amplitudinem , opumque
potentiam posse omnibus in terris imperii nomen ,
ac dignitatem sustinere . Huc accedit , quod Illu-
stris Julius Paleniorum Comes , nobilissimæ Capuae
nobilissima proles , me , ut banc ederem Chorogra-
phiam , vebementer accedit , misericordia & pietas
tis cultor . Valete .

DE



D E
ORIGINE, ET SITU
CAMPANIAE.

(1)



CAMPANIAM scribamus,
situm, dimensionem, agri
naturam, & antiquos in ea
populos. Contexere cum
his placet insignia illius
ævi ædificiorum monu-
menta; quæ, licet semidi-
ruta, aspectu tamen cum
œculis, tum animo grata sunt. Gratificandum
duximus (2) doctis, curiosisque viris, quos ho-
rum operum pervulgatum tota Europa nomen e-
longinquis allicit terris, quibus nostra hæc scri-
pta quasi dux erunt ad ea pernoscenda. Neque
vero nobis vitio vertendum est, quod geogra-
phica, eruditis tractata ingenii, scribere ag-
grexi sumus. Non enim ego in orbis terrarum
A de.

DE ORIGINE,

descriptioνe versor, (3) sed in exigua ejus parte
(4) mihi nota, qui patrium sedulo peragravi
agrum, ne incognita pro cognitis, neve pro ve-
ris falsa traderem. Id potissimum me Campanum
hominem ad hoc suscipiendum munus excitavit,
atque impulit, quod dum e Geographis qui-
dam dimetiendis cœli circulis, Geometricæque
incumbunt subtilitati; dum alii (5) ad enarran-
da rerum miracula se occupant, & alii ad ho-
nestandam patriam sunt nimis intenti; ornan-
dæ Campaniæ parum studiosi fuerunt. Pudebat
seminudam intueri parentem, meque illam
oportere velare percepi: quod si (6) eleganti-
ore purpura, ut placet, non operietur, (7) qua-
licunque poterimus itola contegēmus. Verum
enīm vero non est ardui operis, quod pulchrum,
quod bonum est, ornare laudibus. Quisquis
enīm (8) ejus amoenitatem, (9) cœli clemen-
tiam, (10) soli ubertatem, maris, fluviorum, &
lacuum morit commoda, (11) Campaniam Na-
ture delicias non negaverit.

Hic ver affiduum, atque alienis mensibus aestas:
Bis gravidæ segetes, bis pomis utilis arbos.

Virg. Georg. II. 149.
Quod praeconium, quamvis universæ Italie tri-
butum videatur, non injuria tamen sibi illa vin-
dicat, ubi nullo non tempore (12) flores flo-
ribus, pomis poma, & fruges frugibus, veran-
te semper, vel autumnante temperie, succedunt.
(13) Bona pars ejus secundo serityr semine:
(14) fert biferas arbores: fert vel (15) trifero
pro.

ET SITU CAMPANIE. 3

proventu vites, in quibus mira varietate pars uvarum floret, pars defloruit, sunt turgescentes, sunt acerbæ, aliis maturerentibus, aliis jam maturis. Suggerit succiplena nutrix alimenti plurimum, neque modo suos fetus, verum etiam alienos inexhausto alit ubere. Voco autem alienos, alumnas arbores, tum pecudes, quæ tametsi aliis, atque aliis e terris ad nos transmigrarint, non aliam hic vitam vivunt, ac in genitali solo, de quibus suo loco. Consulto autem in superiori carmine pro *pecudes* substituimus *segetes*; cum nobis non (16) duplex ovium partus, (17) ut Samnio, Lucanisque pastoribus (18) pascua mutantibus, sed duplex volente anno contingat sementis. Hæc in universum, nunc singula attingenda, eo servato ordine, ut primum maritima, deinde persequamur mediterranea.

LITORALIS CAMPANIE DESCRIPTIO.

Terræ Italiæ medium longitudinem transgressa, Campania ad inferi maris oram recubat. (19) E cœli positione temperamentum habet, quæ tantundem prope (20) ab Austriano recessit æstu, quantum ad hiemes Septentrionis accessit: (21) quod ad salubritatem facit, bonumque humani corporis constituendum habitum. (22) A Liri fluvio ad Sarni ostium pertinet, sexaginta passuum millibus excurrente

A 2 pla.

4 DE ORIGINE,
planicie, quæ (23) ab ipsa camporum laxitate facta est *Campania*: Hi amnes ejus duo latera constituunt, hic ab ortu, ille ab occidente. (24) Boream versus montibus cingitur, (25) Samnites, (26) & Hirpinos excludentibus; quartum vero latus mare possidet. (27) Latitudine ejus varia, ut tamen, qua maxime panditur, triginta non excedat millaria. Quod si totius arabitus subducatur ratio, colliges ad centum & sexaginta passuum millia.

Liris (28) ex Apennino monte decurrentis (*Geographorum* ritu ab occidentali plaga narrationis facimus initium) (29) in Soranum primo se fundit agrum, tenuis ante, quam (30) Fibreni fluminis ebibat aquas. (31) Hunc multi existimant (32) e Fucino superiore Marsorum lacu per emissarium, (33) quod Claudius Cæsar fecit, occultis huc delabi venis; falsa opinione, quando M. Tullius longe ante ejus imperium de Fibreno meminit. Ab utriusque confluente Liris torrentior (34) ad cataraetam properat, præcepseque ruit. Præcipitatus impetum premit, sedatoque cursu abiens, tanquam duarum arbiter gentium, (35) Latio fines prescribit, & Campanis. (36) Minturnas, Romanorum coloniam, is elim dividebat, Glanis antea vocatus, dimidiatique corporis alteram nobis tribuebat partem, Latinis alteram. Ponte utraque ejus ripa jungebatur eo loco, ubi (37) fluviali scapha trajiciuntur viatores. (38) Minturnarum, quæ jam corruerunt, (39) stat

ET SITU CAMPANIAE.

(39) stat adhuc putre amphitheatrum, a quo non procul ductus aquæ cōspicitur arcuatim procurrens.

Post Minturnas (40) Sinuessa est, hoc nomine dicta, quod sit in Vesciæ oppidi sinu. (41) Sinope hæc prius vocabatur (42) a Sino-pensibus Ponticis colonis, quorum opus fuit. (43) Emanant ejus in agro balneæ, quas memoriæ proditum est (44) mulierum sterilitati succurrere. (45) Per Campaniæ litus vulgo prorumpunt adversum morbos aquæ salutares, non tamen omnes eadem facultate, sed aliæ alia pro soli ingenio. Plurimi enim refert per quos terræ meatus fluant, (46) queve metallæ in cursu alluant, unde exuctas qualitates in affecta constat transfundi corpora. (47) Plinius, qui in Latinorum numero populorum Sinueffanos reponit, audiendus non est; quippe magis a vero aberrans, quam Latinorum finibus absit Sinuessa. (48) Latium enim Vetus a Tiberi ad Circeios servatum est, indeque (49) ad Lirim, Novum, quod *Adiectum* quoque appellatur. A Sinuessa est (50) amnis Savo, qui ex (51) Auruncorum profusus montibus, (52) Sidicinum, (53) Stellatæ, & Falernum agros modicus interluit, nullis brevi in curriculo auctus rivis.

(54) Sequitur Vulturinus triremium capax, seque atque Liris, cum utrique longius evagantes, comites aquas, abolitis earum nominibus, secum ad mare ducant. (55) Vulturini fons

6 DE ORIGINE,
fons in Samnio est, qui, dum (56) confragosa
Samnitium percurrit loca, rapido fertur lapsu
Venafrano tenus campo; unde, vi repressa,
placidus continuat iter, medianam secans Cam-
paniam. Piscium copiosus est, vere in pri-
mis propter (57) clupearum multitudinem,
quæ huc ad tutum portum subeunt; (58) gi-
gnitque formosos lupos, sed in Samnio tantum.
Deinceps (59) Gallinaria est Silva, mari præ-
cincta, & Litterno lacu, quæ civilibus bellis
(60) materiem fabricandæ Sex. Pompeii classi
suppeditavit. (61) Hanc latrociniis infestata
consecuta tempora spoliarunt arboribus, quæ
nunc (62) ligna glande, & arbicularum cæ-
terarum fetu hibernam (63) venatoribus, pa-
riterque aucupibus inescat prædam. (64) Li-
ternum lacum quæstuosum facit (65) mugilum
assidua captura, (66) sub dies præcipue Halcy-
nios; quod id temporis ejus fauces occlusæ are-
na fluctibus aggesta, piscatorum opera reclu-
duntur, prætentis prius retibus. Juxta lacum
(67) stetit oppidum Litternum, cuius vel ruinæ
perierunt; locus tamen (68) ob majoris Afri-
cani memoriam in omne seculum celebrabitur.
Hoc sibi domicilium, (69) relicta ingrata pa-
tria, delegit Scipio, quod ante obscurum illu-
stravit vir ipse illustris, non tam genere, di-
gnitate, laureatisque fascibus, quam modestiæ,
fortitudinis, patientiæque titulis. Hic ille
(70) cum Philosophia reliquo vitæ tempore
negotium habuit, (71) & cum re rustica;
(72) trium-

ET SITU CAMPANIAE. 9

(72) triumphalique dextera laboriosum: s̄epe
exit aratum.

Huc adjacet (73) Cumæus ager, Phlegræus
græce a Phlegra Theffalæ valle; cum utrobique

(74) Gigantum pugnam poëtæ vulgarint, illic
contra Jovem, (75) hic cum Hercule ejus fi-
lio ex Hispaniis redeunte, utriusque gentis fer-
ociam hoc commento demonstrantes. Hæc

datifundia (76) Latini appellantur *Labirias*,
quæ (77) duabus includuntur militaribus viis,
altera Cumis, Puteolis altera Capuam ferenti-
bus.

(78) Sunt Laboriæ ea secunditate, ut
vel cupidi agricultæ labori respondeant fru-
ctu; (79) restibilesque nec stercoreationem de-
siderent, nec intermissionem.

(80) A Cumæis,
& Chalcideisibus conditi sunt Cumani, qui,

ducibus Hippocle, atque Megasthene, ad qua-
rendas sedes profecti huc appulerunt.

(81) Fe-
licitum fertilitate prædiorum aucti cives, eo
progressi sunt opum, ut Etruscis, Italæ fere

imperitantibus, parere recusantes obviam ierint,
(82) eorumque fregerint impetum.

(83) Ita-
lie, Siciliæque urbes Cumæ antiquitate præ-
stiterunt, quarum miserandum (ut ita dicam)

cadaver quisquis aspicerit, non poterit non
graviter affici. In rerum vicissitudine (84) urbs

tanta versa est in caprilia, (85) in cuius loci
tempore aliis sum id pecus hieme commode sta-
bulatur. In pelagus illa prominebat, dextra

(86) Neronis Fossam, Jæva Acherusiam spectans
paludem. Vasto, effrenique animo (87) ma-

tri-

DE ORIGINE;

tricida Fossam ipsam instituerat , (88) Ostiam usquè perducturus , quo sibi , (89) magis ad dicto , ad Avernales magicas vanitates expedita , tutaque semper pateret navigatio . Accedebat , eo quod (90) Canopicæ Alexandrinorum Fossæ cupiebat modulantes imitari choros , ut eorum exemplo inter fidicinum cantica iste citharoedus , interque psaltrias ultro citroque per derivatum vectaretur Tiberim . Irritæ temeritatis Fossa , quæ nunc lacus marinus est , remansit testis ; quod nobis piscandi commoditate prospere cessit . (91) Altera rursus Amyclano in sinu ab eodem iacohata , fisci exhaustis thesauris , destituta est , maximo (92) Amyclensium detimento ; fuit enim in causa , quam ob rem vinum Cæcubum disperierit , cui principatum multi dederunt . (93) Acherusia Palus est inter Cumas , & Misenum , cui (94) ferrugineo colore squalenti nomen a stygio Acheronte indiderunt . (95) Misenus promontorium (96) de sepulcro Miseni Trojanæ classis tubicinis appellatur , cujus ossa (97) hoc in monte insignium more virorum Æneas condi jussit , id honoris ejus tubæ deferens .

Hinc mare velut in æstuarium se fundens , (98) Bajanum efficit sinum , Romanis civibus magnopere expetitum . Etenim qui diutinis militiæ laboribus jactati fuissent , sive quem urbanæ ambitionis ceperat satietas , quive forum , plurimasque alias urbis molestias ferre amplius noluissent , in hunc otii portum confugie.

ET SITU CAMPANIE.

fugiebant ; ubi animus post curarum fluctus , subduclis superbiæ velis , & pacatæ vitæ jactis anchoris , se ipsum colligeret , atque recrearet . Ægritudines hac via effugiebant , ægraque curabant corpora , (99) edocti quæ balneæ quibus mederentur morbis . (100) Multis in terris medicamentosi exiliunt fontes , qui in Liguria Statiellas , & in Narbonensi provincia Sextias Aquas condiderunt oppida ; nusquam tamen largius quam hic , propinquisque locis , nec tam variis auxiliis adversæ valetudinibus . Sunt his fontibus privata remedia , generatim vero senes fovent , & stomacho imbecillos , quartanaque febre laborantibus adsunt . His præterea in collibus sunt excavati cuniculi , quorum fervidus vapor , noxios e corpore elicens humores , non mediocres efficit utilitates . Valetudinis igitur gratia , & ob mercaturæ negotiationem (101) Puteolis , (102) frequentissimo in emporio , loca hæc innumera hominum celebrabat multitudo ; (103) *Regna Puteolana* eam ob causam a M. Tullio dicta . Strabo hunc sinum continuis sedibus (104) ita exultum scribit , ut unius urbis offerret aspectum ; quod ex earum reliquiis facile perspicitur . Illuciebant etiam piscandi oblectamenta , tum e mari , maritimisque piscinis , tum (105) e lacubus Lucrino , atque Averno . (106) Lucrinenses voluptates erant præcipuae , ubi ganeæ studiosi non modo altillum piscium , sed etiam (107) ostrearum construxerunt vivaria , non

B

con-

10 D E O R I G I N E ;
contenti iis, (108) quas copiose gignebat Lu-
crinus, ob id *ostreofus* cognominatus . His de
causis (109) non minoris hic publice , & pri-
vatim edificabatur , quam in Urbe ; utque ad
Tiberim superba erat Roma , ita hic deliciosa .

Una in tot opportunitatibus gelida ad po-
tum desiderabatur aqua , calidis dumtaxat fon-
tibus hic erumpentibus . Grandem idcirco pe-
cuniam Romano ex ærario erogare necesse fuit,
tum in rivos fornicato opere , perque actos
in montibus cuniculos a quinto & tricesimo
(110) milliario deducendos , tum in (111) re-
ceptacula aquarum facienda , non tantum ad
Romanorum civium usum , sed etiam (112) clas-
siariorum militum . Nanque Senatus , imperii
consulens securitati , super omnia Italiæ , clas-
sem hoc in sinu in piratarum excursiones , &
ad omnem navalis belli eventum habebat ini-
structam , inter Orientis , Occidentisque regna
medium . Et cisternis illis duæ impensa magni-
ficentissima incorruptæ ad nostram pervene-
runt ætatem . Harum altera , in vivo Miseni
lapide excisa , frigidas intra montis viscera ser-
vabat aquas ; altera vero multiplici structilium
pilarum versu , (113) integro adhuc testorio ,
concamerationes sustinet . Infra hanc ad litus
lateritius tholus egregio assurgit opere , qui
(quantum conjectura licet assequi) intus con-
sidentibus æstivos defendebat ardores , quoniam
ad captandas auras latis patet fenestrarum , &
ostiorum luminibus .

Pro-

ET SITU CAMPANIE. II

Prope est (114) Avernus lacus, græce Αὔρνης:
Quem superbaud ullæ poterant impune volantes
Tendere iter pennis: talis seſe balitus atris
Faucibus effundens ſupera ad convexa ferebat.

Virg. Æn. VI. 239.

(115) Exhalabat quondam diram mephitim, sed
(116) succisis poſtea, quæ lacum ambiebant,
densis filvis, ea pestis evanuit. Is noſtra me-
moria (117) pifcibus affuebat, qui nuper (118)
pluvii cineris amarore ad unum necati ſunt.
(119) Eruperunt superioribus annis e vastiſſi-
mo terræ hiatu immenſæ flammæ, flammisque
commixti ingentes, innumerique lapides, qui
poſtridie ejus diei in montem, viſu horribilem,
congeſti viſi ſunt. In ea ignium tempeſtate ali-
quot balneæ obrutæ, planities Puteolis subje-
cta magna ex parte monte occupata, Avernus,
præter pifciū cladem, ad dimidium angusta-
tus eſt, quin mare retrocedere fuit coactum;
ut novam loci faciem, qui antea viderant, de-
mirentur. (120) Averni accolæ fuerunt Cim-
merii, gens rapto vivens, graſſans in eos, qui
ad (121) Avernalia Plutonis ſacra contendebant.
Ad hæc ſacra, ideſt, ad exercendam magiam
huc ibatur, & ab inferis manes (ita priſci im-
pii corpore exutas animas vocabant) ad vati-
cationem exciendos. Magicæ artis profefſores
ſpectris quibusdam ita oculorum aciem perſtrin-
gebant, ut ad cadavera ſua manes evocari vi-
derentur. Hujus necromantiæ ſtudio Homerit-
cus Ulyſſes, e Circæa ſolvens iſula, ad hos

B 2

Cim,

Cimmerios venit . Hos dico , ne quis in Homeri carmine intelligat (122) Cimmerios , qui alio in orbe Maeotim accolunt paludem ; quam opinionem id excludit , quod ea navigatio unius fuit diei . Hic ergo Ulysses (123) umbrarum fecit evocationem , humato prius (124) Bajo socio , unde Bajanus sinus , (125) non ab urbe Bajis , quæ nulla fuit . Quod vero Avernales Cimmerii Scytharum Cimmeriorum cognomines fuerint , congruens inter eos vitæ ratio fecit . Efferatis erant utriusque animis : utique illis , a Signiferi plaga longissime depositis , crassior aëris caligo offunditur : ita hi obscuras inter Averni silvas , tenebricosque in specubus ad latrocinandum delitescebant .

Medius inter Avernū , & mare Lucrinus fuit , Romanæ Republicæ (126) ob maximam piscium capturam maxime vctigalis ; qui supervenientibus undis , piscesque excludentibus , (127) a C. Cæsare objectis in mare molibus munitus est :

— *Lucrinoque addita claustra ;
Atque indignatum magnis stridoribus æquor .*

Virg. Georg. II. 161.

Hinc , atque illinc firmissimo septus muro Lucrinus , & imperturbatos continebat pisces , & tutum subeuntibus velis præstabat portum . Hunc sequens ætas , oppressa Republica , Augusto adulans , (128) falso Portam Julium appellavit :

Julia qua ponte longe sonas unda refusa .

Id. ibid. 163.

Non

ET SITU CAMPANIE. 13

Non enim Julius de suo id opus fecit, sed a Patribus missus faciendum curavit. Arcto spatio hi lacus sejungebantur, quod ex eo conjici potest, nam utrumque Augustus, parvo negotio media effossa tellure, in unum confudit; ibique tota hieme, pugnaturus vere cum Sex Pompejo, remiges, classariosque exercuit milites pugnam meditantes. Stante Romana libertate, Lucrinus munitionibus tutus oppugnanti oblitus mari; qua everfa, cum nulli essent rerum publicarum curatores, cessit pertinacibus undis. Hujus tyrannidis (129) vindex fuit novus mons, quem memoravimus, qui mari ab injusta possessione repulso, factus est alter loci tyrannus. E regione montis surgit collis, in quo truncum apparet aedificium, quod Puteolani pro certo habent (130) Ciceronis fuisse Academiam. Huic opinioni fidem esse adhibendam ea mihi persuasit ratio, quod locus antiqui domini sevit nomen; tum quod respondeat topographiae a Plinio factae, quam adscribo: *Digna memoratu villa est ab Averno Puteolos tendentibus, imposita litori, celebrata porticu, & nemore, quam vocabat M. Cicero Academiam.* Hæc Plinius. Platonis æmulator non modo tractanda Philosophia Arpinas ille esse voluit, sed Platonici gymnasii nomen in suam villam, Musarum domicilium, traduxit. Hinc factum est, ut glorioſis Græcis, Atticam Academiam jactantibus, Latini Puteolanam opponerent, (131) & Tusculanum Lyceo Aristotelico; qui bus

14 D E O R I G I N E ,
bus e fontibus moralis Philosophiae manarunt
rivi.

Puteoli urbs, (132) a Samiis posita, Di-
cæarchia prius fuit de regiminis æquitate; quod in ea Republica cives sine ullo censu, ordinisve delectu, ambitionis, continuoque di-
scordiaæ somite, ad regendam, servandamque patriam concordi caritate, parique inter se ad-
ministrationis jure conjuncti essent. (133) A Romanis dehinc colonis (134) de parvis bal-
nearum puteis Latinum impositum est nomen, quod est *Puteoli*. Huc usque Campani cives per Laborinos campos viam munierunt ad compor-
tandos agrorum fructus, utque hinc peregrinas exportarent merces, quandoquidem celeberrimum, ut diximus, (135) Puteoli emporium erat. Ipsa (136) in via, quæ adhuc *Campana* vocatur, utrinque lateritiæ, (137) reticulatae-
que structuræ se offerunt spectandas, quæ via-
tores tenent, pascentes specie oculos eruditos.
Spectatu quoque dignum est antiquum (138) Puteolanorum amphitheatum, circaque ipsum innumera ruinosa concamerato opere ædificia,
quorum quædam subterranea sunt, perviaque inter se, tam perplexa tamen ostiorum amba-
ge, ut absque duce, circumductove, fixoque funiculo, negetur exitus. Quare nos hujusmo-
di labyrintheos anfractus (139) Dædaleis relin-
quentes ingeniis, inceptum peragemus iter.

Neapolim hinc proficiscentibus subeundus
est clivus, cuius ad lævam situs est campus un-
dique

dique montibus sulfureum exhalantibus vapo-
rem circumdatus, angustis adeundus faucibus.
Intra eum aliquot in locis scaturigines altius,
uti fornacis calcariæ, subditis ignibus ebul-
liunt, aspectu non minus horrido, quam que
(140) in Amsancti effervescent Hirpinorum
valle. (141) *Vulkanium Forum* id fuit antiquis,
ubi (142) sulfurea conflantur potoria vascula,
quorum usum lienosis prodeesse compertum est.
Post hos montes alblicant (143) Leucogæi alu-
minosi colles, a candore nomen adepti, apud
quos, teste Plinio, scatebant balneæ oculis opem
ferentes, & vulneribus. (144) Subjacet parvus
lacus, sterilibus omnino aquis, præditis tamen
vi naturæ mira. Est in proximo terræ spira-
culum, afflatu intus tabifico, signum habens
juxta fauces, quod non sine vitæ periculo præ-
terire licet. Quocunque animal id transgre-
ditur, procumbit illico sémianime; quod si
prius quam exanimetur, his tinguatur aquis,
ad salutem redit, facto in canibus sæpe peri-
culo. Ea lacus parte, quæ spectat in meridiem,
pessim rimis fatiscit humus, alibi minoribus,
alibi majoribus, e quibus jugiter evaporantes
sumi (145) podagriçis auxiliantur, præsentia
que remedio contractos remittentes nervos,
pristinis restituunt vitæ musteribus.

Puteolani, atque Neapolitani agri terminus est (146) *Paudlypus mons* & *promonto-rium*; qui Græca voce bonum præferens ge-
rium, rem nomini non habet disparem. Is
præ.

16 . D E O R I G I N E ,

præter (147) liberum Campaniæ , Picentino-
rum , maris , & insularum prospectum , præ-
terque vini laudem , pomorum omne genus di-
ves est ; (148) beatior tamen in citreis , magni-
tudine , & odore præcellentibus , (149) cibariis
que uvis apiana , & duracina . (150) Loci hu-
jus cum amoenitatem , tum salubritatem ada-
masser antiquos , (151) sumtuoso villæ cultu
sunt testes ; quarum in ruinis multæ effossæ in-
ventæ sunt mutilatæ columnæ , tum quædam
integræ pretioso e marmore maculis pulchre
distincto , quæ in sacrarum ædium ornamen-
ta translatæ spectantur . Laboriosius olim ejus
dorsum transcendebatur ; quapropter ne a via-
toribus superandum esset , ad ejus imum (152)
ferro milliaria crypta fuit aperta pervio transi-
tu , ea laxitate , quæ adversa admittit plaustra .
Vulgaris est opinio , auctorem operis fuisse Lu-
cullum , male fundata super M. Varronis ver-
bis non recte intellectis , qui *III. de Re Rustica*
libro ait , Lucullum ad Neapolim perfodisse
montem . Quod si qui ita sentiunt , subnexæ
orationis expendissent contextum , hanc im-
pensam ei non adscribissent , ex Strabone at-
tribuendam M. Coccejo . Quod sequitur hoc est :
*Ac maritima flumina immisit in piscinas , quæ re-
ciprocè fluarent .* Hæc plane docent , non spe-
ctare præcedentia verba ad transitum per cry-
ptam patefactum , sed ad specus parvos oblun-
giores , quos ad Pausiliyi caput cernere est , la-
tere vergente ad orientem solem . Per eos enim
cuni-

cuniculos , vestuante sole , reciprocantes (153) maris euripi conclusos (154) intra vivaria refrigerebant pisces . Asiaticam prædam in iis sumtibus consumxit Lucullus , (155) de qua gaza profusa *Xerxes togatus* a Pompejo dictus .

Neapolis , ex Plinii historia , (156) Chalcidenses habuit conditores : quod vero scriptum Strabo reliquerit , primos colonos fuisse Cumanos , non continuo dissentit ab eo , (157) cum a Chalcidensibus fuerint propagati Cumani . (158) Primum hæc Parthenope a Sirenis tumulo fuit , mox (quæ loci est opportunitas) novæ colonie accepit incrementum . Novis civibus non placuit cum veteribus tecta conjungere , sed in propriaquo loco confederunt , hæcque fuit Neapolis ; (159) rursus Parthenope verfa est in Palapolim . (160) Ignota hæc Solino fuerunt , qui ab Augusto corpissè dici Neapolim scribit , quasi vero Augustus fuerit ante Ciceronis æatem , apud quem sæpe Neapolim legis . Hæ duæ urbes unis claudebantur mœnibus , quæ poltea , utrinque auctis tectis , in unum coahuere corpus . Per Sirenum vero fabulam loci hujus deliciosa notantur illecebræ , (161) ad otia invitantes , ad quæ nata fertur Neapolis . Molli sane otio animum corrumpi dubium non est , contraque literarum & studiorum perfici exercitatione . Id noscentes daci , modestique viri , Sirenum cantibus occlusis auribus , otio non abutentes , & suæ famæ consuluerunt , & posteritati . Quam

DE ORIGINE,
debet humana vita agricolarum Magistro, a
quo docti sumus,

*Quid faciat latus segetes, quo sidere terram
Vertere conveniat!* — Virg. Georg. I. i.

A quo præterea didicimus,

— *Ulmis adjungere vites.* Ibid. 2.

Neapolim vero illum hæc canentem coluisse,
quis dubitet?

*Ilo Virgilium me tempore dulcis alebat
Partibemps.* — Georg. IV. 562.

(162) Palladius quoque h̄ic agens, de eadem
re rustica præcepit, deque citreorum cultu,
quæ primus ipse demonstravit Italiæ. (163)
Non sunt prætereundæ Silvæ Neapolitani Va-
tis, quæ *perpetuo comarum honore adhuc vi-*
rent secula vincentes. (194) Ager hic fecunda-
tur Cerere, Baccho circumpositi colles, hortis
vero exornantur suburbana, (165) directis in
quincuncem pomorum ordinibus. Græcorum
carmina (166) Alcinoi, Phæacum Regis, po-
maria, & in Africa (167) Hesperidum aurea
mala magnifice cantarunt. Quid si Poëtæ illi
tantas arborum Medicarum hic vidissent silvas?
(168) Has tamen nostri & versibus, & soluta
oratione laudibus sunt prosecuti, quippe quæ
malum ferant præsens venenis antidotum,

*Quo non præsentius ullum,
Pocula si quando fævae infecere novercæ,
Miscuerintque berbas, & non innoxia verba,
Auxilium venit, ac membris agit atra venena.*

Georg. II. 127.

Mul.

ET SITU CAMPANIA. 19

Multiplicis hæc mala generis colore ad aurum inclinato : sed his verbis , (169) si Macrobius credimus, commendatur Citreum , cuius potissimum mali comesa semina , tum interior acida caro (170) haustis aduersantur venenis , simul & oris emendant graveolentiam :

— *Animas & oleentia Medi
Ora fovent illo, & senibus medicantur anbelis.*

Ibid. 134.

Huc nos , quo hæc remedia manifesta fierent , digressi sumus ; nunc ad id , quod restat , itineris .

Suburbium , quod secundum litus est , (171) Sebethus alluit . ~~fluviolus ne~~ littorium quidem patiens , non tamen inglorius , (172) sub nomine Sebethidis Nymphæ decantatus . Sunt qui malint (173) per Nymphae Sebethida significari aquam , quæ pensili rivo influebat Neapolim , quod geminatus indicat ductus ad Januariam portam . Sebethum duo sequebantur memoria Herculis insignia oppida , Herculanium , & Pompeii , quæ incendiorum injuria versa sunt in vicos . Literis proditum est , Herculem debellatis Hispaniis , Gerionis Regis (174) pulcherrima boum armenta in Bajanum sinum exposuisse , ibique inter Misenum , & Avernnum ipsas caulas vallasse . (175) Locus is de boum caulo fuit ~~primum~~ *Bauula* , mox , ut vox ipsa dulcius sonaret auribus , facta est *Bauhi* . (176) Deliciarum hic erat locus , quo paulo ante Romanæ Republicæ excidium multi (177) nava-

C 2 ga.

20 D E O R I G I N E;

gabant ad spectandas insanas in mari substruções, (178) atque loculatas (Varronis utor verbo) maritimas piscinas. Inde dux Græcus in patriam redditurus, Picentinos veritus discedens, castra (179) ad montem Vesuvium locavit, ibique constructis tectis, & agro, quem occuparat, viritim diviso, copiarum partem mancos, belloque invalidos reliquit. (180) Hæc fuit *Heraclea* Græcis colonis, post *Herculanium* Latinis. Posito oppido, castra ad octavum lapidem promovit, quo in itinere triumphalibus vectus est insignibus, bobus ipsis in morem captivorum bello ducum præeuntibus. Cumque (181) ad flumen Sarnum ventum esset, condidit, alteraque ibi *moxia* veteranis militibus extruxit; quæ (182) de triumphali illa pompa fuerunt *Pompeii*. Heracleensis ergo, Pompejanique populi idem fuit ortus, (183) eorundemque par fuit vitæ occasus.

(184) T. Vespasiani principatu Vesuvium montem, utrique oppido imminentem, conflagrare constat; eque media ejus voragine tantas erupisse flamas, ut (185) ad Aegyptum cineres pervenerint. (186) Late vagantes ignes (187) silvas, arbusta, casas, aedes, & quicquid fuit obvium absumperunt, liquatis quoque saxis, quæ instar ferreæ spumæ miserabilem illum testificantur calamitatem. Haustum eo incendio Herculanium; (188) Pompejanos vero in scenicorum ludorum spectaculo confundentes repentinus lapidum sepelivit castæ, uniusque thea-

tri

ET SITU CAMPANIÆ. 21

tri cavea facta est totius civitatis urna. Cæterum mons ipse, quem tanta vastitas invisum antiquis fecerat, (189) rependens fructu illata damna, invenit apud posteros gratiam. Cineris quippe calore hæc affecta plaga magnam (190) nobilitandis vinis vim accepit, (191) e quibus id, quod *Græcum* cognominatur, reliquis Italicis præfertur. Hoc meracum in patria sumtum caput tentat; veruntamen si navigio transveatur, fluctibus jactatum vi domita mite scit, fitque suavius: quod utinam homini usu veniret. Amplissima arbusta, quibus cingitur, effearias uvas, præter vini copiam, ferunt, quæ ad multam hiemem de arborebus pendent. Idem trilibria cotonea, pauloque minora pyra, sorba, mespila, silvestria arbuta, cæteraque serotina mittit munera, in quibus excellit, juxta ac Puteolanus ager, in præcocibus pomis.

Hæc est maritima Campaniæ ora gemino definita litore, Sinueflano scilicet, quod a Liri tendit ad Misenum, & Neapolitano, (192) quod a forma Græci appellarunt *Cratera*, Miseno, & Athenæo promontoriis circumscriptum. Ea sinuus hujas est apricitas, ut vernæ insitiones semestri spatio autumni dona proferant lætissime. (193) Nulla est pomaferarum arborum (de noctis terris loquor) quæ hic non proveniat, & quidem feliciter, præter unam, & alteram Syriæ peculiares.

ME.

MEDITERRANEÆ CAMPANIAE
DESCRIPTIO.

Litore perlustrato, exquiremus interna, ab occidentali exordientes latere, (194) ut priore factum est volumine. (195) Principium Vesciæ damus, quippe primo in hac serie oppido. Ejus ager erat Minturnensisibus affinis, cuius extremus saltus Falernum contingebat agrum, quo in confinio a Ponticis colonis fuit posita Sinope, de qua meminimus. Hi Vescini (est & Vestinorum regio ad mare superum) civium proditione ab Romano hoste capti funditus delici sunt. Cum Vescinis stetit pariter vicina urbs Ausona, & cum ea pariter decubuit; Ausoniæ tamen non exolevit nomen, duraturum in omne Italæ ævum, quæ (196) ab illa est cognominata *Ausonia*. (197) Magnæ Græciæ oram antea (198) tenuerant Ausones, cui rei arguento est mare illud cognomine *Ausonium*. Inde sive armis pulsi, siue ea sedes huic fuerit posthabita, in hanc Campaniæ partem commigrarunt, omaenque subegerunt regionem, quæ a Liri pertinet ad Campanum Fentem.

Ausonium stirpis et vicina huic agro (199) Sueſſa, cognomento *Aurunca* ab Auruncis, qui invadentibus finitimis Sidiciniis, huc destituta patria confugerunt. (200) Fuit altera Sueſſa *Pometia Volscorum*, quam (201) *Pontina Palude* ferunt haustum. Nostra Sueſſa vivit arduo eminenſis

nens in colle, quem plurimi inferiores circumdant vicis frequentes, vitibus amicti, atque oleis, quarum baccæ conditæ maxime probantur hodie; (202) antiqui tamen Sidicinas, & Piceinas prætulerunt cunæsis. Qui magis editi sumunt montes habent castaneta, ubi rei pecuariæ periti suilli pecoris greges hieme, ante glandium pastionem, saginare instituant (203) ad succidias longe iis meliores, quas solæ glandarie mittunt silvæ. Sunt nunc Sueßanorum a Vescinis quondam, & Ausonibus posselli fundi, quos manus montanis e locis in imbribus defluens feraciores reddit, ea ratione, qua, pro (204) inundantis Nili increvitato, frugibüs cumulatur Aegyptus. (205) Teanum quoque cognomine Sidicinum (habent & Apuli suum Teanum) (206) Ausonum est gentis, cuius ager eximia est fertilitatis, longe, lateque patens. Veruntamen qui prius unam locupletabat civitatem, hodie & Teanenibus, & multis circumpositis castellis rerum suppeditat copiam. Non longe a Teanenibus (207) Sancti Felicis oppidum distat, vetustissimus Sanfeliciae gentis Domiaatus. Antiquis Teanensium everfis monumentis, struetilis superest canalis, cuius jegi rivo oppidi planæ, tum portæ salientibus ornantur & lacubus. Eadem aqua ad irrigandos olitorum hortos derivatur, singulari donatos a natura munere apie capitato, quod foveando stomacho, halituque oris commendando cuorūtis antecellit oleribus.

Hinc ad quartum lapidem recesserant Cale-

ni,

ai, sed de via, quæ Cales dicit, divertendum est, ne Casinates, & Venafrani seorsum positi prætermittantur. (208) Casinum (209) ad Latinam appositum viam M. Varro Samnites transisse prodidit; quod ad possessionem vi partam, non ad progeniem referimus; cum verisimile sit, (210) Casinates aut Ausonum, aut Latinorum (sunt enim inter utrosque medii) prolem esse. Est ager Casinas olei feracior, quam frumenti, magnumque vectigal ex eo capiunt portantes in Latium, oppidaque Samnitica. (211) Labitur per hunc agrum flumen Vinium, ad cuius ripam M. Varronis fuit Museum, (212) cuius rarissimæ villa elegans, artificiosæque forma, in ejusdem auctoris contemplanda scriptis, legitim animum non parum oblectat. (213) Quod vero tradit Strabo, novissimum hoc esse Latii oppidum, occupantium vim armorum intelligimus, non publicam, juridicamque possessionem; alioqui Latinorum fines confunderentur, atque Campaniæ. Ad Casinatum arva (214) adjunguntur Venafrana, que in Campaniæ angulo ad Samnites se proferunt, a quibus interfluenre Vulturno separantur. E montis clivo Venafrani suas prius despiciebant spatiofas possessiones, ad quas postea commodioris culturæ gratia descendederunt, largo insuper invitante fonte, (215) jam collapso vetere ductu, qui a Vulturni capite ibat. (216) Hæc æquora ad sexaginta amplius stadia explicantur, aratoribus bona, bona pastoribus, quæ montibus in theatri propemodum

ET SITU CAMPANIE. 25

dum figuram inflexis cinguntur. Montium imæ partes, appositique tumuli olivis conveстиuntur, glareosa terra gaudentibus, & meridiano Sole, (217) quarum oleo ob purum succum, *palmam*, ut ait Plinius, *unguenta dedere*. Sed eo jam, unde deflexit, regrediatur oratio.

(218) Cales Ausonum oppidum Latinæ adiacet viæ, cujus nobilitatis indicio sunt marmoreæ ibi reliquæ. Caleni antiquitus, in aurea Italica-rum urbium libertate, habebantur in populorum nobilium numero, de quo dignitatis gradu Ro-manorum armis dejecti sunt, (219) actusque de his in Urbe triumphus, (220) ingenti compor-tata præda. (221) Stellatis ager Calenum at-tingit, (222) atque Falernum, qui est a saltu Vescino ad Uulturnum. Celeberrimus hic tra-etus duo præcipua vitæ bona possidet, in colli-nis vina, frumenta in campestribus, ut non minus vere, quam lepide sit dictum, (223) In Campania Liberi, & Cereris esse certamen. Per Falernas segetes cursum (224) Appia inflectebat via, quæ sexto & decimo stadio a Campano Pônte Latinam viam excipiens, (225) pergebat Brundusium. Hæc est Ausonia, occiduæ Cam-paniæ regio, cujus ex adverso (226) trans Vul-turnum sunt Osci, duas in partes divisa Cam-pania, Cisvulturnanam, & Transvulturnanam. (227) Oscorum, quæ vetustissima est Italiz gens, caput erat Capua, cujus nomen (228) ad Trojanorum ducem Capym quidam revocant:

Et Capys: hinc nomen Campanæ ducitur urbi.

Virg. Aen. X. 145. D Non

Non urbis conditor Capys, legimus enim (229) & Oscam, & *Vulturnum* prius vocatam) sed amplificator fuit . (230) M. Varro ad campesrem retulit sedem , Strabo ad rem ipsam , (231) quod caput esset Campaniae . Is *V. Geographiae* libro sic ait : *Cum autem urbes duodecim in Campania forent, Capuam, perinde ac illarum caput, nominarunt.* Huic concors M. Tullius , cum in Rullum oraret causam , hæc de hujus excellentia urbis verba fecit : *Romam in montibus positam, & convalibus, cœnaculis sublatam atque suspensam, non optimis viis, angustissimis semitis, præ sua Capus, planissimo in loco explicata, ac præ illis semitis irridebunt, atque contemnent.* Agros vero , *Vaticanum, & Papiniam,* cum suis optimis , atque uberibus campis conferendos scilice et non putabunt . Oppidorum autem finitimarum illam copiam cum bac per risum ac per jocum contendunt : *Labicos, Fidenas, Collatiam, ipsum bercole Lanuvium, Ariciam, Tusculum, cum Calibus, Teano, Neapoli, Puteolis, Cumis, Pompeiis, Nuceria comparabunt.* Hæc ille . Ad id fastigium per fructuum magnitudinem, rerum que omnium affluentiam ascenderat. (232) Campanus quippe ager opimus , orbisque terræ pulcherrimus ab omnibus celebratus est , de quo Poëta , cum felicis terræ signa indicasset :

Talem dives arat Capua. — Georg.II. 224.
Opulenta erat , cum ille Georgica canebat ; nihil tamen ad illam Capuam, quæ ad immortalem sui memoriam (233) publicorum operum erexit

erexit spectacula. Extant ex iis (234) duæ Amphitheatri moles (135) opere Dorico, tam vastæ, eaque architectura, ut nemo sit, qui primo ejus aspectu non obstupefcat; nam quamvis immanium (236) Barbarorum ferro, incendiisque lacera & corrupta, triumphantis tamen urbis repræsentat imaginem. Non longo hinc intervallo, non tam effuso sumtu, sed absoluta itidem arte visitur tribus porticibus amplissima cryptoporticus, quæ tam longo ævo contra vim temporis resistit. Adscriptissim in-tegra, ni rimis fatiscerent parietes, neve testudines stillicidiis effent obnoxiae: dignum profecto opus, quod sartum tectum locetur. Animi causa huc (237) Campani Patricii ad antemeridianam inambulationem conveniebant, post meridianasque sessiones, ubi otiosas diei horas, quavis coeli exclusa injuria, transigebant. Circa hæc loca aratro passim eruuntur prisci æris, argenti, auri pulcherrima numismata, tum (238) doctissimorum manu artificum sculptæ gemmæ, parioque e marmore (239) elegantissima signa, præstantissimæ civitatis deliciæ.

Oscorum quoque gentis sunt (240) confines Calatini, atque Acerrani. Trebula quoque Osca fuit, Sueffula, Atella, & (241) clarum historiis Casilinum, de quo primum agemus. Id secundo bello Punico Italicae virtutis fuit specimen, ubi exigua militum manus, post Cannensem cladem, non territa calamitosa Romanorum fortuna, insolentioribus Poenorum co-

D 2 piis

28 D E O R I G I N E,

piis tanta animorum constantia obstitit ; ut
(242) in summa cibariorum inopia lora detra-
ctasque scutis pelles , servida mollitas aqua ,
mandere cogerentur , multis inedia enectis .
Vulturnus , (243) Falernum agrum a Campa-
no disjungens , Casilinum intermeabat , quod
ad sulcos redactum est .

(244) Post Tifata montes , qui non pro-
cul aberant a veteri Capua , quiue Samnium
versus Campanis fines statuunt , & Calatinis ,
montana est Calatia , supra quam , seorsum
tamen , ingens quadrato saxo surgit opus ,
quod rupis faciem oculis offert , ferruminato
nexu lapidibus apte inter se cohærentibus .
Hæc fuisse antiqui oppidi mœnia , sunt qui
dicant , quos ego non sequor , opinorque ci-
vies per ea tempora habitasse , ubi adhuc ha-
bitant . Argumento mihi est perennis aqua in-
fluens subterraneo rivo in cisternam veterem ,
quæ in oppidi est umbilico ; ipsaque aqua per
æstivos menses ob innoxium frigus civibus gra-
tissima est . Addo etiam testimonium superpo-
sitæ ibi marmoreæ tabellæ , in qua hoc incisum
est epigramma :

M. G A V I U S. T. F
Q. V I S E L L I U S. Q. F

G A L L U S

D U O V I R. Q U I N Q i.e. Duoviri quinquennales.
C R E P I D I N E S. C I R C

F O R U M. S. P. F i.e. Sua pecunia fecerunt .
Si ergo hic erat forum , continuo & oppidum ,
nun-

ET SITU CAMPANIÆ. 29

nunquam foro mœnibus excluso. Habent hi colles oleta distincta oleastris, quorum baccae non carne, sed liquoris dulcedine commendantur.

(245) Citra Tifata apertis in campis stetit Trebula, pari inter Capuam, & Suessulam intervallo, quæ jam æquata solo. Eius desertam sedem cum periscrutarer, inveni ab humo modice extantia theatri vestigia. Duce opus fuit ad locum inquirendum, quem Livius *XXIII. Histor. lib.* nobis ostendit: *Marcellus*, inquit, *a Canusio Calasiam petit; atque inde Vulturno amne trajecto, per agrum Saticulanum, Trebulanumque super Suessulam per montes Nolam per* venit. In Livianis autem codicibus, quos mihi videre contigit, (246) *Trebianum pro Trebulanum* scriptum legi, quod mendum correxiimus eadem ex historia; nam (247) idem auctor alibi juxta Capuam *Trebula* nominat, non *Trebiam*. Hoc etiam confirmant geographicæ Ptolemæi tabellæ, quæ arithmeticis notis, mensuræque ratione proprius Capuam monstrant *Trebulam*. Fundi ubi ea stetit, ut loco, ita messium fecunditate sunt Campano agro proximi.

(248) Atella, quæ in vicos abiit, (249) non venit in dubium ubi ceciderit; nam oppidi situs eminet, quem depresso ambit fossa, vivitus ibi ejus nomen. (250) Romani, propotitis præmiis, arte pollentes scenica hinc arcessebant, eorum facetis delectati fabulis, ut

ta-

30 D E O R I G I N E,

tamen solutiores jocos , Latii severitate tempore
rarent . Tanti autem (251) Atellanos fecere
mimos , (252) ut Ennium ferant gratiam a
Romanis inire cupientem , Oscam didicisse lin-
guam ; (253) gloriarique solitum se tria habe-
re corda , quod Latine , Græceque sciret , simul
& Osce . Adhuc his in locis (254) Histrionia
viget quasi per manus tradita , quæ in sacris
fere usurpatur exodiis . Atellana quoque præ-
dia rerum affluunt copia , quippe vicina Cam-
panis .

(255) Aceræ palustris gravitate cœli jam
a priscis seculis sunt infreuentes , (256) infe-
stante Clanio flumine , qui

Vacuis non æquus Aceris.

Virg. Georg. II. 225.

Agri bonitas invitox retiæt cives ; est enim
tum frumentarius , tum pascuus , grama ma-
jori pecori , (257) Aegyptiis maxime bobus ,
abunde suppeditans . Hæ boves secundo ab
hinc , tertiove seculo novæ incolæ fuit Ita-
lie , hodie nostrates habentur , quæ nos
patria excogitavimus nomen . In loco
quidem hæ pecudes rem pecuaria im-
augent , herbido semper solo ad
vaga Nili flumina , in æ impinguo
subinde se mergunt , ca-
Quis vero non miretur
e cicurum genere , tar-
enim anni parte ad
niunt) antiquis scri-

Græcis fuisse ignotum, iis potissimum, qui in profundo pisciculorum naturam curiosius conquisiverunt? Quod vero dicunt aliqui, hoc Plinio esse *Bubalum*, quam reste hi fentiant, facile apparebit, si utriusque animantis descrip^tio animadvertisatur. (259) Finitimæ Sueſſulanæ pascua eadem armenta invitant simili ratione, gramine semper vestitis campis. Oppidum ipsum interiit relictum a civibus, qui eadem cœli intemperie circunfusis Clanii aquis, obſidente palude, patriis coacti sunt excedere lari- bus. Portentoso hæ aquæ sunt auctu, quæ (260) æſtivo in calore, præter cæterartim mo- rem, redundantes, decrescunt per hiemem. Fuit Sueſſulanorum ea vallis, quæ (261) ad Caudinas protenditur Furcas, (262) Perficis arboribus tota confita, tum cerasis, quarum poma adeo proba sunt, ut Persæ, (263) & Cer- rasuntii a nobis potius petiſſe, quam ad nos misiffe videantur.

Sueſſulanum agrum excipiunt (264) Nola- norum populeta, multiplicis generis amicta vi- tibus, quæ vina fundunt tum hibernis pocu- lis lenia, tum æſtivis excitando stomacho sub- austera. At hi cives non eum fructum e fru- mentis capiunt, quem e generoſo palmite, ad æſtiva ſemina magis idoneo loco, quam ad hi- berna: quocirca arbustis potius, quam aruo ſtudent. A Vesuvii conflagratione de ſparſo cinere, pumiceisque lapillis id accidiſſe existi- mandum eſt; alioqui ager hic cum Capuae la- ti-

32 D E O R I G I N E ,
tifundiis non conferretur , neque audire me-
ruiisset :

Talem dives arat Capua , & vicina Vesuvio
(265) Ora iugio . — Georg. II. 224.

Nemo loci gnarus non videt , hoc carmen spe-
&are ad universum tractum circa Vesuvium .
Nota erant loca hæc Poëtæ , qui Campaniam
diu incoluerat , (266) incolebatque cum Geor-
gica mandaret literis . (267) De Nolanorum
vero origine varia est opinio , quos alii Ty-
riorum subolem , alii Chalcidensium prodide-
runt . Ptolemæus (268) id oppidum nobis ere-
ptum in Picentinos retulit ; idque non modo
præter jus , verum etiam præter definitos a se
Campaniæ terminos . Quasi vero Geographis
positos a se regionum limites & contrahere li-
ceat , & proferre , Regum exemplo , qui ad
suum arbitrium leges figunt , atque refigunt .

(269) Nolanis contermini sunt Abellani ,
non obscuri quondam nominis ; quippe con-
scripti in catalogo populorum , qui (270) cum
Turno adversus Latinum , & Aneam conspi-
raverant :

Et quos maliferæ despectant mœnia Eelle .

Aen. VII. 740.

Quo in nomine , ad vitandum ex vocalium con-
cursu hiatum , Poëta primam detraxit literam ,
(271) & pro *Abelle* , dictum est *Bella* . Quod
si nominis inspiciatur vis , *Bella* non *Abella* di-
cetur , id est *Bona* . Ager enim Abellanus mul-
tis est accumulatus bonis , oleo in primis , cu-
jus

ET SITU CAMPANIAE. 33

jus maxima laus est, quod ei vetustas tedium non affert ; tum vino, pomisque omne genus suavissimis, (272) frumento non item, ut tamen minutas fruges ferre non recusat. Habet (273) glandiferas silvas, copiosus est castanearum arborum, (274) quæ suas nuces ad transmarinas mittunt provincias, quæstuosa permutatione palmularum, & piperis. (275) Addantur, ad venationem, corporisque exercitatio nem, caprearum, & aprorum repleti saltus, tum gelidi passim, salubresque fontes; & quod his omnibus majus est, viget in hac temperie longæva senecta.

Hæc est orientalis Campania, Sarno terminata flumine, cujus aquæ (276) nos a Picentinis dirimunt, (277) tam pigro labentes motu, ut utro fluant, nescias.

*TIBI, DEUS ÆTERNE, ATQUE
OMNIPOTENS,
IMMORTALES AGO GRATIAS,
CUJUS NUMINE, ET OPE
CAMPANIAM SCRIPSI.*



E

IN



I N

AUCTORIS PROEMIUM NOTE.

(4)

AMPANIAM SCRIBIMUS] Plures
fuere regiones, paribus, aut aliis ra-
tionibus *Campania* nomen adeptæ.
Auctor Appendix ad Marcellini Co-
mitis Deflorata *Rhenensis* *Campa-*
niam-nominat. Et & *Campania Tul-*
lensis Aymonio, & *Araciensis*: de
quibus Petrus Pithœus lib. 2. Adver-
siorum subsecivorum cap. 1. aliique auctores Galli. Et
Epirum *Campaniam* dictam, sive a *Rege Campo*, ut Alex-
archus auctor Græcus, & Aristonicus referunt; sive a
Campania Campi filia, ut Varro judicare videtur apud Ser-
vium in librum 2. Æneid. ad illud Virgilii 234. *Chao-*
nios cognomine campis. Alias laudat *Campanias* Ludovi-
cicus Baudrant in Lexico Geographico lit. C. Hic, quia de
ea circa Capuam longe, lateque diffusa regione sermo
est, quæ a camporum felicissima ubertate, planicie, ac
forma situs a veteribus, juxta atque recentioribus per
Atracastor id nomen obtinuit, Scriptor consulto abdi-
muit Appensio.

E 2

(2) Do-

(2) *Dōsis, curiosisque viris, quos horum operum &c.]*
 Gratificandum duxit Auctor Campania sua doctis simul,
 & curiosis viris, & re vera tam felici exitu, ut omnes fe-
 re uaginati consensu Sanfelicium vel veterum scriptorum
 luminibus oblitruxisse prædicens; magisque alicere cu-
 riosos ad has pernoscendas Naturæ delicias cultu & venu-
 state describendi, quam antiquitatis monumentis, & sua-
 viissimis locorum illecebris. Vide honorifica de eo erudi-
 torum testimonia huic operi præfixa.

(3) *Sed in exigua ejus parte] Auctoris in tenui labor,*
at tenuis non gloria, simulati nimirum laudem Venustini
*Poëtae, qui Japygia lux, quam itidem terrarum argu-
 lum dixit lib. 2. Ode 6. amoenitatem venustissime de-
 scribit.*

(4) *Mibi nota, qui patrium sedulo peragravi agrum.]*
 Antonius Galateus, clarissimi nominis scriptor, atque
 Philosophus, in aureo libello de Situ Japygiae pag. 80. In
 hac, de qua loquimur, regione exemplo nobis est Tolomai
 descriptio; quia multa nra, quam sunt, locat: siue id
 acciderit aliorum relatu, siue auctoris incuria, siue quod
 Chorographiam scribere recte nemo potest, nisi qui in ea re-
 gione diu versatus, aut natus fuerit. Auctores non omnium
 habuere cognitionem, præcipue eorum, qua longe ab illo-
 rum patria semota sunt. Nobis, qui hac habitamus loca,
 credendum est.

(5) *Ad enarranda rerum miracula]* Quaecunque scili-
 cet Natura non sine admiratione operatur. De his Seneca
 Naturalium Questionum lib. 5. Arcana illa rerum Natu-
 ra sacra non prouische, & omnibus patent, reducita, &
 interiori sunt clausa facie. Lucretius:

Multa tegit sacro involvendo Natura, nec ullis
 Fas est scire quidem mortalibus omnia: multa
 Admirare modo, nec non venerare: nec illa
 Inquires, qua sunt arcana proxima, namque
 In manibus qua sunt, bac nos vix scire putandum:
 Est procul a nobis adeo praesentia veri.

Miraculorum nomine summa, & præstantissima pariter
 ædificia, mole, & artificum opera maxime spectanda
 non

non absurde intelligi queunt. *Martialis Epigr. 1. seu alius hbelli de Spectaculis auctor, ut censem Janus Rutgerius lib. 5. Variarum Lectionum cap. 15.*

Barbara Pyramidum sileat miracula Memphis:

Affidus iactet nec Babylona labor.

(6) *Elegantiore purpura]* Cum primis nobilis, & honoristica apud Romanos *Purpura* habebatur, eaque illuciorum Reipublicæ Magistratum erat insigne. *Plinius lib. 2. Naturalis Historiae cap. 37. Cæsari Dictatori, quo die primum ueste purpurea processit, atque in sella aurea sedet, sacrificanti bis in extis defuit cor. Martialis lib. 8. Epigram. 8. ad Janum de reditu Cæsariorum:*

Te primum pia thura rogent, te vota salutent,

Purpura te felix, te colat omnis bonos.

Statius lib. 4. Silvarum Carmine 1.

*Turmaque, Tribusque,
Purpureique Patres, lucemque a Consule ducit
Omnis bonus*

Claudianus in Panegyrico de III. Honori Consulatu:

quis miscuit ignes

Sidonii, Rubrique maris? Tribuere colorem

Pbanices, Seres subtegmina, pondus Hydaspes.

Neque solum Magistratibus, sed ipsissimis Imperatoribus proprium ac peculiare insigne fuisse *Purpuram*, late probat vir eruditissimus Julius Cæsar Bulengerus lib. 2. de Imperatore Romano cap. 4. De purpurearum vestium generibus Adrianus Junius Adversariorum lib. 2. cap. 2.

(7) *Qualicunque poterimus stola contegemus]* Græci nomine Στολὴ ad osme genus uestis tam virilis, quam muliebris indicandum nisi sunt, ut constat ex Plutarcho, Dione, & aliis. *Stola virorum quoque indumentum fuisse apud Hebreos, plures ostendunt loci Divinorum librorum veteris, novique Testamenti. Latinis tamen, quos hic Campaniæ Descriptio ob oculos habuit, Stola honesta uestis matronarum erat ad imos demissa pedes, cuius extremam partem ambibat instita, sive limbus instar fasciæ. De hac ueste muliebri scribunt Varro lib. 8. de L. L. Cicero Phil. 2. Ovidius lib. 2. de Tristibus Eleg. 2.*

Valerius Maximus de dictis, & factis Romanorum lib. 2.
cap. 1. num. 2. Ulpianus l. *Vestis ff. de Auro*, & argento
legato: *Muliebria sunt, quæ matris familias causa pa-*
rata sunt, quibus vir non facile uti potest sine vituperatione, uti *Stola, Pallia, Tunica.* Statius lib. 1. *Silva-*
rum Carmine 2. id genus vestis pro muliere posuit:

Omnis plebejo teritur matrona tumultu:

Hinc Eques, hinc juvenum cætu Stola mixta laborat.

Præterea sicut *Stola* honestatem pudoremque in feminis
indicabat ex Martiali lib. 1. Epigr. 38. sic illam exuere
impudicitiae erat indicium. Quare Tertullianus lib. de
Pallio cap. 4. *Habes spectare*, inquit, *quod Cæcina severus*
graviter Senatus impressit, Matrona sine stola in publico.
Desique Lentuli Auguris consultis, quæ ita se se exaucto-
rasset, pro stupro erat pena. *Quoniam quidem indices*,
custodesque dignitatis habitus, ut lenocinii facilitandi im-
pedimenta, sedulo quadam desufecerant. At nunc in se-
metipsas lezocinando, quo planius adeantur, & *Stolas*,
& *supparum*, & *crepitulum*, & *catendrum*, ipsas quo-
que jam ledericas, & sellas, quis in publico quoque dome-
stice, ac secrete habebantur, ejeravere.

(8) *Eius amoenitatem*] Livius Dec. 2. lib. 2. cap. 2. de
Capua Campanæ Regionis Metropoli differens: *Prona, in-*
quit, semper Civitas in luxuriam, non ingeniorum modo
vivit, sed affluent copia voluptatum, & illecebris onus
amœnitatis maritima, terrestrisque Plinius lib. 2. Hi-
stor. cap. 5. Qualiter Campania ora per se felix illa ac
beata amœnitatis? ut palam sit, uno in loco gaudentis opus
esse naturæ. Neque tantum Livius, & Plinius Campanæ
amœnitatem commendat, sed & Pomponius Mela lib. 2.
de Situ Orbis cap. 2. Seneca lib. 6. *Naturalium Questionum*
cap. 1. Plinius Junior lib. 6. epist. 16. Symmachus lib. 1.
epist. 2. & lib. 8. epist. 25. Ea de causa Statius lib. 3.
Silvarum Carmine 3. dixit:

— molles Campani litoris oras.

Et Silius Italicus lib. 6. de Bello Punico II. *mitem Cam-*
paniam appellavit.

(9) *Cæli clementiam*] Varro apud Servium in lib. 10.
Æneid.

P R O O E M I U M N O T A E . 39

Eneid. vers. 125. Propter celi temperiem , & cespitis fecunditatem campum Capuanum , sive Campanum dictum , scribit , quasi finum salutis , & fructuum . S. Isidorus Hispanensis Episcopus lib. 14. Originum cap. 4. Campania habet terras bieme , & aestate vernantes : sol ibi mitis , temperiesque grata , aer purus , & blandus . Statius poeta Neapolitanus lib. 2. Silvarum Carm. 5. quo Claudiam uxorem Romae morantem in Campaniam invitat :

Has ego te sedes & nam nec mibi barbara Thrace ,
Nec Lybia natale solum) transferre labore :
Quas & mollis biems , & frigida temperat astas :
Quas imbelli fretum torpentibus alluit undis .

Gentilis noster Joannes Thomas Sanfelicius , Cavensis Episcopus , eruditione , doctrina , gestisque pro Apostolica Sede muneribus clarus in Campania : *Hic in apri- cantibus collibus , Solique patentibus canopis biberni septen- scant rigores . Hic per nebrosas convallles decurrentia flumina , Zephyrusque clementior spirans astivis Solis calo- res mitificant .*

(10) *Soli ubertatem]* M. Tullius Cicero Orat. 2. in Rullum , Campanum agrum appellat Fundum pulcher- rimum Populi Romani , caput pecunia , pacis ornamen- tum , subfidium belli , fundamentum vectigalium , hor- reum legionum , solatium annonae . Quamobrem Campani Ibidem ab ipso Cicerone dicuntur Semper superbi bonitate agrorum , & fructuum magnitudine , aeris sa- lubritate , & regionis pulchritudine . Livius lib. 7. His- toriar. cap. 21. *Uberrimus ager , marique propinquus , ad varietates annonae horreum Populi Romani fore videbatur .* In eodem lib. cap. 25. Romanos milites , qui Capuam contra Samnites tuebantur , loquentes exhibens : *Cur potius Campani agrum Italia uberrimum , dignam agro urbem , qui nec se , nec sua tutari possint , quam viator exercitus haberet , qui suo sudore , ac sanguine inde Samnites depulisset ? An aquum esse deditios suos illa fertilitate , atque amaritatem perfrui ?* A Cornelio Tacito lib. 1. His- tor. *Fecundissima Campania ora nominatur .* L. Florus lib. 1. *serum Romanar . cap. 16. Omnia non modo Ita- lia ,*

ſia, ſed toto orbe terrarum pulcherrima Campania plaga eft: nihil mollius caelo. Denique bis floribus vernalis: nihil uberioris ſolo: ideo Liberi, Cererisque certamen dicitur: nihil hospitalius mari. Historicis Poetæ conſonant. Virgilii lib. 2. Georg. Campanæ telluris dotes, & ubertatem extollit his versibus:

Quæ tenuem exhalat nebulam, fumosque volucres,
Et bibit humorem, & cum vult, ex ſe ipſa remittit:
Quaque ſuo viridi ſemper ſe gramine uestit;
Nec ſcabies, & ſalſa ladit rubigine ferram:
Illa tibi latis intexet ritibus ulmos:
Illa ferax olea eft: illam experiere colendo
Et facilem pecori, & patientem vomeris unci.
Talem dives arat Capua, & vicina Vesuvio
Ora jugo, & vacuis Clanias non aquus Acerris.

Propertius lib. 2. Elegia 2.

Nec mibi mille jugis Campania pinguis aratur.

Et Prudentius lib. 2. adverſus Symmachum:
Illic laſciuum, Campania fertiliſ, boſtem.

Delicias vitere tua.

Nec minus illuſtria de Campania fertilitate ſunt Graecorum ſcriptorum teſtimonia, e quibus laudaffe ſatis Dionyſium Halicarnasseum lib. 1. Historiar. Polybiūm lib. 3. Dionyſium Africanum in deſcriptione Orbis, Strabonem lib. 5. Geographiæ, Plutarchum in M. Crasso, & alibi.

(11) Campaniam Naturæ delicias] Abraham Golnitzius lib. 2. Compend. Geograph. cap. 5. §. 5. Campania Felix, nunc Terra di Lavoro, dicitur Paradifus Italiae. Nam incredibilis ibi omnia naturæ fertilitas, ita ut Natura luxurians largiſſima ubertate, e finu omnino delicias, amanitatemque, & oblectationes bic effuditſe videantur. Statius lib. 3. Carm. 5. ad uxorem:

Mille tibi noſtra referant telluris amores.

Cosmus Anicius apud Ughellum tom. 6. Italia Sacra col. 3. editionis Venetae:

Nihil denique terris datum a Diis affatinus,
Quod non vetus Campania, aut ferat nova.

Quin

PROEMIUM NOTE. 41

Quin & satietas, quam voluptas, amplior.

(12) *Flores floribus, pomis poma*] *Campaniam bis floribus vernare* scripsit Florus lib. 1. cap. 16. S. Isidorus Hispanensis Episcopus lib. 14. *Originum cap. 4 Campania habet terras bieme, & aestate vernantes.* Campanas præsertim rosas, æque ac Praestanas, Tiburtinas, & Prænestinas laudat Martialis lib. 9. Epigr. 61. Roseam liquidem coronam mittens Sabiho, inquit:

Seu tu Paſtanis genita es, seu Tiburis aruis;

Seu rubuit tellus Tuscula flore tuo;

Seu Prænestino te villica legit in horto;

Sex modo Campani gloria ruris eras.

Pæstum vero agrum bis quotannis proculisse rosas, docet Virgilius lib. 4. Georg. c. v. 118.

Forfitan & pingues bortos que cura colendis

Ornaret, canerem, biferique rofaria Pæsi.

Martialis lib. 12. Epigram. 31. Marcellus illustres hostos extollens:

Prataque nec bifero cessura rosaria Pecto.

Hiberno præfertim tempore tanta erat rosarum, aliorumque florum ubertas in Campania, ut Ægyptum æmularetur, & oppleret urbem. Plinius lib. 13. cap. 3. Terrarum omnium Ægyptus accommodatissima unguentis: ab ea Campania est, copiâ rosa. Et fortasse Martialis lib. 6. Epigram. 60. Paestani agri nomine finitimam quoque Campaniam intellexit, cum illius iplismet Ægyptiis horis, alienis mensibus mira florum copia referatis, anteposuit. Vix enim de uno Paesto commode accipi posse vindicor que prodit:

Ut nova dona tibi, Casar, Nilotica tollas

Miserat bibernas ambitiosa rosas:

Navita derisit Pbarios Memphisicus horzus,

Urbis ut intravit limina prima tua.

Tantus veris bonus, & odoratissima Flora,

Tantaque Postani gloria ruris erat.

Sic quacunque vagus grossumque, denlosque scribat,

Texilibus fertis omne rubet ita

Quas suapte natura bis in anno veris opes fundebat ager,

F

practical

præcipua Campanorum industria cultus, perpetuas fere reddebat. Id & modo spectari licet. Quoniam vero ea cura mirum in modum vernabat, autumnabatque alibi insuetis mensibus regionis temperies, floribusque flores, & pomis poma succedebant, non modo Bacchum, & Cererem, sed & Pomonam, & Floram suas in Campania sedes vel regna fixisse, dixerunt scriptores. Ubertus Follieta libro de Laudibus Neapolitanorum, Campanum agrum commendans: *Tantaque est flora, pomorumque copia, & varietas, & suavitatis, ut in hac plaga non modo Bacchus, & Ceres, sed & Flora, & Pomona quoquo sedem & domiciliu locasse videantur.* Zenobius Acciajolus, Vaticanæ Bibliothecæ Prefectus, in oratione de eodem argumento, quam Leoni X. Summo Pontifice Neapoli habuit, quo tempore Generalia Ordinis Prædicatorum Comitia habebantur: *Au non Pomona, Venus, Pallas, Liber, ipsaque Hesperides de Campania regno certare videntur?*

(13) *Bona pars ojus secundo seritur semino*] Scite bonam Campaniæ partem secundo seri semine dixit Antonius. Sunt in ea regiones feliciori dictata gleba, quæ tertium, & quartum etiam semen admittit, anno preventu semper ubera. Certe Dionysius Halicarnassus lib. i. Histor. nulli frumentariorum regioni Campanos agros cedere dñxit, qui non flaviis, sed aquis coelestibus irrigantur. In iis se vidisse, prodit, arna vel trifera sementem ætivam post hibernam, & autumnalem post ætivam nutrientia. Stabo lib. 5. Geographia memorizæ traditum scribit. quosdam Campaniæ agros toto anno seri, bis zea, tertium panice. quodam etiam quartum satu olera ferre. L. Annius Seneca epist. 86. ad Lucilium, quam in ipsa Scipionis Africani villa apud Literam in Campania scriptit: *Iunius, inquit, mensis est, quo tibi scribo, iam proclivis in Julium.* Eodem die vidi fabane metentes, millions serentes. Plinius lib. 18. cap. II. *In Campania ramen laudatissima campus est subiacens montibus nimbose, totis quidem XII. millibus passuum planicie.* Terra ejus (ut propter soli natura dicatur) pul-

PROOEMIUM NOTE:

puterea summa, inferior bibula, & punicis vico fiku-
lofa.... Seritur toto anno, panico sensu, bis farre.
Et tamen vere segetes, qua interquiero, fundunt ro-
sam odoratiorerem sativa: adeo terra non cessat parere.
Unde vulgo dicuntur, Plus apud Campanos unguenti, quam
apud castros olei fieri. Et ejusdem libri cap. 23. Si fue-
ret terra illa, quam appellavimus teneram, poterit sub-
tuso bordo milium seri: eo condito raphanus: bis subla-
tis bordis, vel triticum, sicut in Campania. Satisque
talis terra aratur, cum seritur.

(14) Fert biferas arbores] Hae sunt Ficus, Caprifici,
Mali, Pyri. De biferis Ficis Columella lib. 5. de Re ru-
stica cap. 10. de castoris Plinius lib. 16. cap. 27. In Ces-
insula Caprifici trifera sunt. Primo fetu sequens evoca-
tur, sequenti tortius: hoc Fici caprificantur. Bifera &
in Malis, & Pyris quadam, sicut & praeceps. Malus
filosferis bifera.

(15) Trifero proventu vites] Plinius lib. 16. cap. 27.
Vites quidens & trifera sunt, quas ob id insanias vocant:
quoniam in iis alia maturescunt, alia turgescunt, alia flo-
rent. M. Varro anchor est, vitem faisse Smyrna apud Ma-
tremus bifaram, & malum in agro Consentino. Hoc autem
eunice purpureo in Tacapensi Africa agro, de quo plura
alias: ea est soli fertilitas. Antiquis vates apud Teren-
tianum Mausum & quadriferas Campanie vites laudat;

Vita, sua sum, & sua Falerna,
Et ter feror, & quater in anno.

(16) Duplex ovino parsus] Duæ potissimum causæ
naturalis historis scriptoribus laudari solent, quibus
ex partus genitatio Samnitibus, atque Lucania accedit,
aëris nimorum salubritas, & paucorum ubertas varia.
Aquarum, posuisse mutatione variare partus docuit &
Plinius: lib. 8. cap. 47. Aristoteles vero lib. 6. de Historia
Animalium cap. 19. distete commemorat fieri, ut in lo-
cis nonnullis, quibus ecclii clementia, & pabuli copia
est, bis pecudes pariant.

(17) Us Samnio, Lucaniaque pauperibus] De Samnio
paupero post. Lucania regni Neapolitanj regio, vulgo Sa-

filicata, unde nomen ceperit, non una est scriptorum assertio. Sex. Pompejus Fetus de verborum significacione: *Lucani appellati dicuntur, quod eorum Regio sita est ad partem stellae Luciferæ: vel quod loca aethera sunt, idest, multæ lucis: vel a Lucilio Duce: vel quod primitus in luce confererunt.* Lucanorum nominis etymologiam illustrat L. Joannes Scoppa lib. 1. Collectanearum cap. 18. A Lucanis, optimis animalium abundantibus pascuis, *Lucanica*, laudatissimum vel apud veteres ex suilla carne genus farcimini, nomen, & fortassis etiam originem habuit: de qua Cicero lib. 9. epist. 16. ad Petrum, Marcialis lib. 4. epigr. 46. & lib. 13. epigr. 35.

(18) *Pasca mutantibus*] Notum est, Samnites, Lucanos, aliquaque Neapolitani Regni populos, numerosis pecudum abundantes gregibus, eos ætate inter paros montes, hieme vero in Apuliam ad pastum ducebat, ubi quotannis statu ordine in arvis Regiis mutantur pascua, maximo cum Regii vectigalis emolumento, quod *La Dohana di Poggio vulgus appellat*. De his plura Joannes Franciscus de Ponte Regens in Tractatu de Juribus Dohanae, Prosper Rendella part. 1. Tractatus de Pascuis, & aquis regiis, Marinus Freccia de Subfeudis auth. 46. num. 15. M. Antonius Surgens Neapolis illustratæ cap. 24. num. 17. Mutius Surgens in Additionibus ad M. Antonium, Carolus Antonius Tappia in Commentar. ad leg. 1. ff. de Constit. Princ. a quo descripsit Scipio Mazzella, quæ de memoratis pascuis notavit in descriptione Regni Neapolis. Publica apud Apulos pascua, Romanorum quoque florente Republica, fuere illustria. Scribit enim Livius Decad. 4. lib. 9. cap. 17. Ap. Claudio Pulahro, & M. Sempronio Tudicano Coss. *Magnus motus furore anno in Apulia fuit*. Tarentum Provinciam L. Postumius Praetor habebat. Is de pastorum conjuratione, qui vias latrociniis, pascuaeque publica infesta habuerant, questione severe exercuit. ad septem millia bonorum condemnavit. Multi inde fugerunt. De multis sumptum est supplicium. Varronib. 2. c. 1. Itaque greges oviam longe abignosur ex Apulia in Samnium abiuvit, atque ad Publicanum proficentur, ne

Si inscriptum pecus paverint, lege Consilia committant multam. De his Apuliae pascuis pronunciavit Martialis lib. 10. Epigr. 74.

*Non ego meorum primum libellorum
(Quid enim merentur?) Apulos velim campos.*

I N L I T O R A L I S C A M P A N I Æ
D E S C R I P T I O N E M N O T E .

(19) **E**celi positione temperamentum habet] Antonius Galateus, Medicus, Philosophus, & Astronomus longe doctissimus, lib. de Situ Japygiæ pag. 15. Hac regio, si Ptolemao credimus, ad cœlum relata Leoni, & Soli subiicitur, ut & tota Italia, sed Apulia præcipue. Hac aquæad terrarum situm attinet, temperatissimam orbis partem ferta est, ut & altera peninsula, quartum scilicet clima. Quod quantum ad gnomonem, & umbras Solis, si aliqua res terrestris non obfiterit, temperatissimum esse & ratio, & experientia ipsa, & plurimorum consensus affirmsat. Vitruvius lib. 6. cap. 1. Sol quibus locis medioeriter perfundit vapores, in his conservat corpora temperata. Et de Italia loquens: Temperatissima ad uitramque partem, & corporum membris, animorumque vigoribus præfortitudine sunt in Italia gentes.

(20) *Ab Austrino recessit æstu*] Scite, & eleganter dicatum. Auster liquidem Meridionalis ventus est, qui græce Νότος appellatur ab humore, & nebula, sudorisque effector est, teste Nonio. *Quamobrem æstibus spirans* dicitur ab Ovidio lib. 7. Metam. tepidus a Seneca in Hypp. Actu 1. & calidus a Claudiano lib. de Bello Getico. *Vixi-* *gibus lib. 2. Georg. 277.*

— non, Eure, tuos, neque Solis ad ortus,
In Boream, Caurumque, aut unde nigerrimus Auster
Nascitur, & pluvio contristat frigore calum.
Vide Senecam Naturalium Questionum lib. 5. cap. 16.
Ventorum illustrum orbum, & regiones, quas designant, egregie & ecclitate explicantem,

{21}

46 IN LITORALIS CAMPANIAE

(21) *Quod ad salubritatem facit, bonumque humani corporis constitendum habet] Hominum mores, ingenia, & crases, quas complexiones appellant, ex ipsis regionibus judicantur, testibus Aristotele in Problematibus, & Galeno in libello de Virtutibus Animæ.*

(22) *A Liri fluvio] Hic in Marsis non longe a Fucino lacu exortus, per Soranum, & Aquinatam agrum in medietatem tendit, variisque minorum fluviorum auctus aquis, prope Trajectum, atque Minturnum excisam urbem in Tyrrhenum influit. Martialis in Xenii epigrammate 82, Squillas laudans:*

*Caruleus nos Liris amat, quem filva Marica
Protegit: bine Squillo maxima turba sumus.
Et Lucanus lib. 2. Pharsalice:*

— dolabitar inde
*Vulturnusque celer, nocturnaque editor aura
Sarnus, & umbrosa Liris per regna Marica
Vescinis impulsus aquis —*

Straboni Geographie lib. 5. Plinio lib. 12. Historiarum cap. 5. aliisque Clavis, & Clavis est. Ab Ulpiano lib. 19. ff. titul. Locati, & Condicti, L. Item num. 14. *Minturnense flumen* dicitur. A Leone Ostiensi in Chronico Casinensi *Garilianam*, non a monte Gauro, ut placuit Joanni Stadio in Commentariis ad L. Flori lib. 1. cap. 16. sed a *Gariliana Massa* in territorio Sueffano id nomen sortitum, ut notat vir eruditissimus Camillus Pegrinus in apparatu ad antiquitates Capue discurs. 2. cap. 7. De hujus fluminis origine, incremento, & cursu brevitez, & elephante suo more paullo post agit Autor.

(23) *Ab ipsa camporum latitudine facta est Campania]* De origine nominis *Campania* varia est scriptorum sententia. Horus Milesius apud Phavorinum verbo *Capuana* ab urbe *Campio*, seu *Volturio*, quam ejusmet regionis incolæ adificaverant, *Campanos* dictos potat: inde *Campania* nomen factum censem. *Campani*, (ioquid Phavorinus) quod *Campum* adificarunt prope *Tuscam*. *Lentus ita dicitus: qui etiam Campani vocari suunt. Iea Horus Mi-*

DESCRIPTIONEM NOTE. 47

Milesias. Inepta interpretatio a viris doctis merito improbatur. Longe vero similius alii *Campaniam* dictam putant a forma regionis, quæ curva & flexuosa est. Hujusmodi enim situs græce dicitur *Kampanos*: cui etymologæ attentiri videtur Peregrinus discurs. 2. cap. 12. & alibi. Cæterum scriptoris nostri assertum multi & graves auctores comprobant. Otho Frisingensis Episcopus lib. 12. cap. 13. *Ille vero, qua post emensionem montium Campania excipitur, unde & a re nomen trahens Campania abhuc dici solet.* Rhemeniem agrum in Galliis pari modo a *Campanam latitudine, & longitudine Campaniam* appellatam, ex S. Gregorio Turonensi notat Gérardus Mercator in Athlante. *Campania quod campestris est,* dicta putatur ab eruditô & docto Gonzalez in Commentariis ad lib. 1. Decretalium titulo de Corpore vitia-
tis cap. 1. num. 2.

(24) *Boreas verfas*] Septentrionem scilicet, ubi Bo-
reas ortum habet. Ovidius lib. 1. Metamorph.

— *Scyrianus, Septemque Trioxens*
Horrifer invaserit Boreas. Contraria tellus
Nubibus affiduis, pluvioque madescit ab Aufre.
Seneca in Thyeste Act. I.
Si quis Taggoti conspicuas nives,
Quas cum Sarmaticis tempore frigido
In summis Boreas composuit jugis.,
Et Statius lib. 5. Silvarum Carmine 1.

Nec mirunt: vides ille ortus, obitusque, quid Arctos,
Quid Boreas bibernas agat. —

(25) *Sannites*] *Celebarissimi tota Italia populi fuere*
Sannites, ab hassis, ut notat Festus, sic appellati, quas
Graci Zarria appellant: bus enim ferre agueti erant. Sive
a colle Samnio, ubi ex Sabasis adventantes confederunt.
Rem ipsam prodit Strabo lib. 5. Geograph. testatusque
fuerat & Discors Historiarum lib. 4. quarum nunc frag-
menta superfuncti. De Sannitium origine, antiquis mo-
numentis, oppidi, amplitudine regionis, rebus gestis,
aque divitiae integrum Bohemia quinque absolutum li-
bris scriptis, vulgavitque Joannes Vincentius Cislane-
tus

48 IN LITORALIS CAMPANIÆ

tus Archipresbyter Cathedralis Ecclesiae Herniensis :

(26) *Et Hirpinos*] Hos Samniticam fuisse gentem, ab Hirpo, qui Samnium lingua *Lupus* dicebatur, *Hirpinos* appellatos, scribit Strabo lib. 5. Geographiae. Plinius lib. 13. cap. 11. in secunda Italæ Regione collocat, plusque eorum fuisse urbes ex Romana liquet Historia. Idem Plinius citato loco Hirpinis & Beneventum accenset. Crudescente in Italia altero bello Iunico, Hirpinis defecerunt ad Annibalem. Defectionis tamen pœnas luctare gravissimas. Ac nisi sanire usi mente ad Romanorum societatem & fidem rediissent, majora fuissent a potenti, fratoque Populo subituri detrimenta. De his Livius Decad. 3. lib. 2. cap. 35. lib. 3. cap. 29. & 31. & lib. 7. cap. 17.

(27) *Latitudo ejus varia*] Quæ hactenus de Campaniæ finibus, atque mensura breviter delibavit Antonius, paullo ante a nobis laudatus Peregrinus Discursu 1. & 2. ad antiquitates Capnæ, seu de Campania Felici, latissime illustravit: iisdemque omnino verbis Campanæ regionis descriptionem absolutum, quibus ille ejusmet fines designans est exorsus: honorifica de Auctore nostro addita mentione.

(28) *Ex Apennino monte*] Apenninus Italie mons nos-
tissimus, & maximus, ab occasu in meridiem vergens, illamque continuo veluti jugo in duas partes dividens, frequentibus fluminibus diremptus, & valibus. Hinc, atque illinc varios minorum montium ramos emitit. Apud Hirpinos in duo veluti cornua difficitur, quorum altero ad Accram Japygiam, & Salentinos; altero ad Brutios, & extremam ~~partem~~ ^{partem} inferum versus excurrit. Vide Strabonem, Melitta, Plinio, Cluverium, Merulam, Baudran, aliosque Geographos.

(29) *In Soranum agrum*] Sora vetustissima Latii civitas à Livio, Strabone, Plinio, aliisque laudata. Agri Volsci urbs erat antiquitus: at Samnites, a quibus est expugnata, potebantur, ex Livio lib. 9. cap. 15. & lib. 10. cap. 5. Una cum Alba Romanorum Coloniam factam testatur idem Livius lib. 10. citato capite. Confirmat Vellejus Pa-

DESCRIPTIONEM NOTE. 49

Paterculus lib. 1. Historiae Romanæ cap. 14. Servio^e Sorani dicti sunt Populi Hirpini, nam lupi Sabinoram lingua birpi vocantur. Sorani vero a Ditis: nam Ditis Pater Soranus appellatur, quasi lupi Ditis Patris. Inepte tamen Soranos, Hirpinæ Regionis Populos, cum civibus Soræ urbis confundunt. Silius Italicus lib. 8. de Bello Punico Soranæ Civitatis subsidia Romanis adversus Poenos collata commendat his versibus:

*Sulla Ferentinos, Privernatumque maniplos
Ducebat simul excitos. Soraque iuventus
Addita fulgebat telis.*

Soram gratissimam, & priscis probatam fuisse sedem, constat ex Juvenalis Sat. 3.

*Si potes avelli Circensibus, optima Soræ,
Aut Fabriæ domus, aut Frusinona paratur,
Quanti nunc tenebras unum conducis in annum,
Hortulus hic, prorsusque brevis, nec reste movendus
In teneras plantas facili diffunditur haustu.*

Ex hoc tamen poëta loco non absurde urbis infrequentiam ejus temporis arguunt. Soranum agrum laudat Lilius lib. 10. cap. 33.

(30) Fibreni fluminis ebibat aquas] Fibrenus fluvius apud Marsos fontem agnoscit: in Lirim vero tendens, bipartitis aquis insulam constituit, de qua Cicero lib. 2. de Legibus cap. 1. *Vixne in insula, quæ est in Fibreno, sermoni reliquo demus operam sedentes? Hac vero nihil est amenias: ut enim hoc quasi rostro finditur Fibrenus, & divisus aequaliter in duas partes latera hæc alluit, rapideque dilapsus cito in unum confluit, & tantum complectitur. quod satis sit modica palastra loci: quo effuso, tanquam id habuerit operis, ac muneris, ut hanc nobis officeret. sedem ad disputandum, statim præcipitat in Lirim, & quasi in familiam patritiam venerit, amittit nomen obscurans, Lirimque multo gelidiorem facit: nec enim ultimum hoc frigidius genere attigi. Locum ipsum, ubi Fibrenus in Lirim influit, M. Tullii Ciceronis cunahulis illustratum fuisse ex citato libro de Legibus constat; n otat que Ecclesiastice Historia Patens ad annum Christi tri-*

G

gesi.

50 IN LITORALIS CAMPANIAE
gesimum supra millesimum num. 6. Silius Italicus lib. 8.
de Bello Punico :

*Et qui Fibreno miscentem flumina Lirim
Sulfureum, tacitisque vadis ad litora lapsum
Accolit Arpinas.* —

(31) *Hunc multi existimant e Fucino, &c. per emissarium, &c.*] Improbatam ab Antonio sententiam refellit & clarissimus Abbas. Philippus. Rondininus in Historia illustris Monasterii Sanctæ Marie, & Sanctorum Joannis, & Pauli de Casemario cap. 4. num. 1. Saniore tamen virorum eruditorum opinione creditur, non per emissarium, sed per occultos terræ meatus ex eodem lacu Fibrenum labi. Mutius. Phœbonius lib. 2. Historiae Marforum de aquis e Fucino egredientibus differens cap. 6. pag. 74. *In rupe Acarretta, qua clauditur vallis, parvus specus aperitur, unde pariter eructant, ibique sonitus pertransuentium aquarum sentitur.* Et pariter Fibrenus, qui *Liri post Soram jungitur, ex abundantia, & qualitate aquarum judicatur.* Observatim existit, qua ex eo emangere dicuntur, augeri, & minui, prout lacus decrescit, & abundat. *Quinimo omnia, quæ in lacum dejiciuntur, siue paleæ, siue fena, aut instrumenta pescationis, in illis apparere visa sunt.*

(32) *E Fucino Marforum lacu]* De lacu Fucino Strabo, Plinius, aliisque Geographi. Poëtarum quoque carminibus habetur illustris. Virgilius lib. 7. Æneid. 759.

Te uenus Angitia, vitrea te Fucinus unda,

Te liquidi flevere lacus. —

Antiquus auct^{or} Libri Speculariorum, quem Petrus Scriverius, plausu virtutis, multis solidis argumentis Martiali abjudicant, Epigram. 28. de Naumachia:

Fucinus, & pigri taceantur stagna Neronis.

De Fucini lacus nominibus, piscium, avium, herbarum, & pescationum generibus, aquarum ambitu, incrementis, diminutione, fluminibus, ac fontibus ingredientibus, & egredientibus late Phœbonius lib. 2. capitibus 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 7. Inter alia, quæ Julius Cæsar stagna Romano Imperatore opera cogitabat, Suetonius in Vita cap.

DESCRIPTIONEM NOTÆ. 51

44. recenset, *Siccare Pontinas Palades, emittere Fucinum Lacum, vicem munire a mari supero per Apennini dorsum, ad Tiberim usque perfodere istimum.* Plinius lib. 2. cap. 103. De aquarum, fontium, & fluminum miraculis: *Quadam vero (inquit) & dulces inter se supermeant alias: ut in Fucino lacu invectas amnis.*

(33) *Quod Claudius Caesar fecit*] Hoc mirificum Claudi opus laudant Suetonius in Claudio cap. 20. Cornelius Tacitus in Annalium lib. 12. Plinius lib. 36. cap. 15. & e Græcis Strabo lib. 15. Eusebius in Chronico, & alii. Eruditissimus Raphaël Fabrettus præcipuum de Claudi Emissario tractatum edidit. Pluribus id operis ante Fabrettum illustravit Phœbonius lib. 2. Historiarum Marmororum capitibus 8. 9. 10. 11. & 12.

(34) *Ad cataractam properat*] Dicuntur aquæ ad cataractam excurrere, cum ex editiore loco labuntur præcipites, derivato vocabulo *cataracta*, quod apud Græcos est vi defluere. Unde Cataractæ appellantur etiam e terra suborientes aquæ, atque ita fluentes, ut ruere possint videantur, quam excurrere. Sic Tibure Anio fluere visitur: sic Nilus in Ægyptum præceps fertur. Ipsique præcipites undarum lapsus Cataractæ dicuntur Plinio lib. 5. cap. 9. & 10. Naturalis Historia. De his Lucanus lib. 10.

*— quis te tam lene fluentem
Moturum totas violenti gurgitis iras,
Nile, putet? sed cum lapsus abrupea vlarum
Excepere tuos, & præcipites Cataractæ;
Ac nequam vetitis illas obfistero cautes
Indignaris aquis; spuma tunc astra laceffis:
Cuncta tremunt undis, & multo murmure mortis
Spumeus invictis canescit fluctibus amnis.*

De Cataractis eruditiores Sactorum Bibliorum Interpretes ad Librum Geneseos cap. 7. 11. in lib. 4. Regum cap. 7. 2. Isaiae cap. 24. 18. & Malachiae cap. 2. 10.

35 *Latio*] Latium *scipm a latendo*, quod in ea regione Saturnum Jovis fugientem iras latuisse crediderit fabulosa vetustas. Commentum patois est complexus Virgilius lib. 8. Aeneid. 319.

G 2 frit-

52 IN LITORALIS CAMPANIAE

*Primus ab ætherio venit Saturnus Olympo
Arma Jovis fugiens, & regnis exul ademis.
Is genus indocile, ac dispersum montibus altis.
Composuit, legesque dedit: Latiumque vocari
Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris.*

Idem spectans Ovidius lib. 1. Fastorum:

Dicta quoque est Latium terra, latente Doo.

At Varro *Latium* dici putat, quod inter Alpium, & Apennini præcipitia lateat. Servius duplex *Latium* esse statuit *Vetus*, & *Novum*: quorum alterum a Tiberi ad Fundos protrahit; alterum ad Vulturnum producit. De *Novo* hic sermo est, *Vetus* enim perangustos habebat fines, ut notat Plinius lib. 3. cap. 5.

(36) *Minturnas, Romanorum Coloniam, is olim dividebat, Glanis antea vocatus*] Minturnas Samnitium quondam fuisse urbem scribit Stephanus Byzantinus in libro de Urbibus. Livius tamen lib. 9. Ausonibus tribuit. Inter maritimas urbes recensuit Strabo lib. 5. Ptolemaeus Latinam urbem mediterraneam constituit. *Quoniam* vero non longe a Tyrrheno aberat, non absurdè mediterranea simul, & maritima haberi potuit. Anno ab U. C. quandringentesimo trigesimo nono ad Romanorum jus, & imperium transit ex Livio citato lib. 9. *Coloniam* inde factam tradit Paterculus lib. 1. cap. 14. Plinius lib. 3. cap. 5. *Colonia Minturnæ Liri amne divisa, Glani quondam appellata*. Ultraque ripa Minturnas urbem habitatam esse medio Liri præterlabente flumine tradunt etiam Livius lib. 10. & Strabo lib. 5. Crasso præterea fuisse aere liquet ex Ovidio lib. 15. Methamorph. vers. 715 quo *Graves Minturnas* appellat. Erant ibidem Templum Jovis, Lucisque Maricæ ex Livio lib. 7. decad. 3. cap. 37. Maricam Minturnensem fuisse Deam notat Servius ad lib. 7. Æneid. Virgili num. 47. De Paludibus Minturnensis C. Marii Arpinatis, post devictam Africam, exilio claris agunt Cicero in Orat. adversus L. Pisonem, Valerius Max. lib. 2. cap. 5. num. 6. Paterculus lib. 1. cap. 19. Consule Plutarchum in Mario, Lucium lib. 2. Pharsal., & Claudianum de Consule Probi, & Olympi.

(37) *Flum.*

DESCRIPTIONEM NOTA;

53

(37) *Fluviali scapha trajiciuntur viatores*] Et Illipi-
ni atate viatores Lirim tranabant, præcipue ad id ope-
ris destinati erant navicularii. Lib. 19. D. tit. 2. Locati
conducti l. Item 6. i. Si navicularius onus Minturnas
vehendum conduxerit, & cum flumen Minturnense navis
ex subire non posset, in aliam pavem merces transflulerit,
eaque nauis in ostio fluminis perierit, tenetur primus na-
vicularius.

(38) *Minturnarum, qua jam corruerunt*] Sexto Che-
fti exeunte seculo Minturnensem Civitas collapsa, popu-
lo, Cleroque carebat, quapropter S. Gregorius Magnus
Pontifex Maximus jura omnia Minturnensis Ecclesiæ in
Episcopatum Formianum transstulit: ut constat ex ejus-
dem Pontificis lib. 1. epist. 8. data *Becada Episcopo For-
mieni*, Indictione 9. Deletis Formiis utraque demum. Ec-
clesia unita est Caietane. Vide sis Ferdinandum Ughel-
lum tom. 1. Italæ Sacre de Episcopis Caietanis col. 526.
& sequ. Ambrosium Lucentium in additionibus, & emen-
dationibus ad Ughellum tom. 1. col. 426. sub titulis Min-
turnenses, & Formianenses Episcopi.

(39) *Stat adhuc putre amphitheatrum, a quo non pro-
cul ductus aqua conspicitur*] Excise urbis Minturnarum
antiqua ædificia temporum injuriis, ac vetustate sedata
Philippus Cluverius lib. 3. antiq. Ital. cap. 10. designat his
verbis: *Hodieque ingentes ruisuntur in sinistra maxime ripa
reliquæ, quatuor fere millia passuum a mari, & ostio amnis
remota, in quibus præcipua sunt, aquaductus, amphitheatrum,
tum murorum, turriumque magna rudera,
per quidam fornices, aliaque splendidiorum adicio-
rum fundamenta solidissima.*

(40) *Sinuessa est, hoc nomine dicta, quod sit in Vefia
oppidi finu*] Michael Monachus in prima parte Sandusii
Capuani Sinuessa a Suessa ubi nomen sumisse credi-
dit, quacum nihil unquam habuit commune. Contra
Strabo, cuius plurimi non immerito est facienda auto-
ritas, scribit lib. 5. *Sinuessa a finu Vescino, ubi stru-
erat, nomine accessisse*. Eius hic Antonio fuisse ducem
dubitare non licet; Sueßam enim inde cum Rglemæ in
me.

54 IN LITORALIS CAMPANIAE
mediterraneis memorat. Quare non *Sinessa*, sed *Vescia* ad
autographi fidem legendum est. Romanorum Sinuessam
fuisse Coloniam discimus ex Livio lib. 2. dec. 3. compro-
baturque ex antiqua inscriptione relata ab Aldo Manutio
in Orthographiae libro verbo *Pollio*. Hujus urbis plures
meminit *Livius*, plura item monstra vario tempore in
ea nata commemorat. Sic dec. 3. lib. 2. scribit, *Bovem*
peperisse equulum. Lib. 7. ejusdem dec. *Et inde plurimae,*
& cunctis elephanti capite puerum natum. Decad. 4. lib. 2.
Puerum humano capite. Decad. 5. lib. 1. *Puerum unimana-*
nnum. Nec desuit Sinuessanæ telluri labes. Plinius lib. 2.
cap. 93. *In Sinuessano agro, & Puteolano sunt quæ spi-*
racula alti vocant, alti charoneas scrobes, mortiferum
spiritum exhalantes. E propinquo tamen monte Massi-
co optima in eadem urbe siebant vina, quæ postea Cam-
panis condita vasis in multas servabantur aetates. Mar-
cialis lib. 13. Epigram. 3.

De Sinuessanis venerunt Massica pralis,
Candida quo, quartis, Consilio? nullus erat:
Abundasse albis serpentibus Sinuessam colligitur ex Ovi-
dio lib. 15. Metamorph.

— *niveisque frequens Sinessa colubris.*

(41) *Sinope* hec prius vocabatur] Livius lib. 10. cap.
21. *Placuit, ut duas Coloniae circa Vescinum, & Falernum*
agrum deducerentur: una ad ostium Liris fluvii, qua
Minturnæ appellata: altera in saltu Vescino, Falernum
contingente agrum: ubi Sinope dicitur Graca urbs fuisse,
Sinessa deinde ab colonis Romanis appellata. Plinius lib. 3.
cap. 5. *Oppidum Sinessa, extrellum in adjecto Latio:*
quam quidam Sinopen dixerunt vocitatum.

(42) *A Sinopenibus Ponticis colonis*] Sinopen Ponti
urbem laudat Cicero in Orat. pro Pompeio, Strabo lib.
12. Geographiae, pluresque alii. Amplam fuisse civitatem
scribit Ammianus Marcellinus Historiar. lib. 22. Patria
fuit Diogenis Cynici: ac de ipsa Valerius Flaccus in quin-
to Argonautice libro cecinit:

Affyrios complexa sinus stat opinor Sinope:
Nympha prius, blandosque Iobis quæ luserat ignes,
60-

DESCRIPTIONEM NOTÆ

55

Calicolis immota proeis. Decappus amata.

Fraude Dea, non solus Hylas, non salus Apollo.

(43) *Emanant ejus in agro balneæ.*] Has Livius Aquarum nomine intellexit dec. 2. lib. 2. cap. 10. Annibali Mahabalem cum equitibus in agrum Falernum predatam dimisit; usque ad Aquas Sinueffanas ea populatio pervenient. Iisdem Balneis Cl. Cæsar usus est, Tacitus in Annalib. 12. cap. 66. In tanta mole curarum Claudius valetudine adversa corripitur; refovendisque viribus mollis calcis, & salubritate aquarum, Sinueffam pergit. Idem lib. 1. Histor. cap. 92. Tigellinus accepto apud Sinueffanas Aquas suprema necessitatis ruitio. Sinueffanas Thermas laudat Strabo lib. 9. Geograph. & Dio Cassius lib. 69. Histor. Calidarum balnearium causa Sinueffæ tepens dicitur a Sito lib. 8. In antiquis Siaueffanorum designantur dis balneis, plura occurunt, quæ veteres legenti Scriptores, collapsaque urbis situm in Campania studiose lustranti difficultatem non levem possunt ingerere. Eam vero pro viribus conantur adimere Philippus Cluverius lib. 3. cap. 10. & Camillus Peregrinus Discurs. 2. cap. 9. & in additione ad idem caput pag. 748. in calce operis.

(44) *Mulierum sterilitati succurrere.*] Plinius lib. 31. cap. 2. In eadem Campania regione Sinueffana aqua sterilitatem feminarum, & virorum insaniam abolere producuntur. Martialis lib. 11. epigram. 8.

Dicit & ictericam se forsitan altera macta.

In Sinueffano velle sedere lacu.

Ipsa de causa mollis Sinueffæ ab eodem Poëta dicitur lib. 6. epigram. 42. Coasule Cornelium Wittel in Animadversionibus criticis ad Georgium Merulam cap. 25. & Joahannem Brodeum lib. 10. Miscellan. cap. 28. Celeberrimi nominis Philosopherus Augustinus Niphus lib. 1. Meteor. numi 69. *Balnea Sinueffæ nostra, ut Plinius narrat, sanare melancholicos, maniacos, ut observatione vidimus. Sunt & secunda sanantes steriles, ut testantur cives nostri. Patet igitur has aquas bac agere, non quo aqua sunt, sed quo virtutæ celesti donantur.* Aliiquid hic auctor Plinio tribuit, quod Plinius nunquam scriptis. Divina præterea

56 IN LITORALIS CAMPANIE

ea virtute dincessatis tot malorum remedia affigit aquis,
quæ alii nature dumtaxat viribus operari contendunt.

(45) *Per Campaniæ litus vulgo prorumpunt aduersus morbos aquæ salutares*] Et hæ quidem non Campanis modo, verum etiam exteris populis præsentibus aduersus ægritudines varias remediis notissimæ evaserunt. Plures autem fuere medici, aliquique viri docti, qui hujusmodi salubritum aquarum virtutes suis scriptis posteritati commendarunt. Ex pluribus, qui de Puteolanis Balneis scripsere, duo veteres sunt anonymi, quorum MSS. Opera nondum publicis typis vulgata, servantur in bibliotheca domestica clarissimi viri D. Didaci Maza Patricii Salernitani. Item Sebastianus Bartholus, Joseph Morñilis, & Ferdinandus Loffredus: Johannes Villanus, Carolo III. Neapolitanorum Regi æqualis ætate, scripti de Balneis Puteolanis, Baianis, & Pythecusanis: Johannes Pontanus de Balneis Baianis, & Ænaria insulae: Julius Jasolinus de Balneis ejusdem insulae, cuius liber autographus prostat in museo laudati D. Didaci Maza: Julius Cæsar Capacius de Balneis Neapolitanis, Puteolanis, Baianis, & Pythecusanis. De Balneis Campaniæ Plinius Natural. Histor. lib. 31. cap. 2. Author Anonymus Pio II. Summo Pontifici a Francisco Aretino dicatus: Ebolitanus quidam Poëta, qui opus suum Friderico II. Aragoneo Neapolis Regi nuncupavit, quod perperam quidam tribuunt Alcadino Siculo, seu Eustasio Materano: Johannes Elysius medicus Neapolitanus, Matthæus Plantamone Salernitanus, & Johannes Franciscus Lombardus Canonicus Neapolitanæ Metropolis. Item Michaël Savanarola, Ugolinus de Montecatino, Mengus Faventinus, Baccius Romanus, Bartholomæus a Clivolo: aliquie de Italiæ, atque Campaniæ Balneis, & Thermis agentes.

(46) *Quæve metalla in cursu alluant*] Metallum dicitur quæcumque solida materia, quæ e terre visceribus eruitur, aut effodi consuevit, ut aurum, argentum, stannum, cuprum, plumbum, & id genus alia. Vide Plinius lib. 23. cap. 6. sic idem Scriptor lib. 33. cap. 7. miniæ massam, Miniarium Metallum dixit. Ipsas denique

mar-

DESCRIPTIONEM NOTE: 37

marmoreas fodinas appellatas *Metalla*, erudite ostendit Joseph Caſtalius libro *Variar. Lection.* cap. 20. Obelisci Constantini versus illustrans. Quidam juxta Planetarum numerum septem dumtaxat nobiliorum metallorum genera constituunt; at plura esse, quam septem, docet Brodæus lib. 6. Milcellan. cap. 23. Porro quam secunda metallis sit Italia, notat laudatus Plinius lib. 3. cap. 20. *Metallorum omnium*, inquit, *fertilitate nullis cedit terris. Sed interdictum vetere consultu Patrum, Italia parci jubentium.*

(47) *Plinius, qui in Latinorum numero populorum Sinueſſanas reponit*] Lib. 3. cap. 5. *Naturalis Historiae*: cap. 31. *nihilominus lib. 1. Sinueſſanas aquas in Campania, non in Latio locat.*

(48) *Latium enim Vetus a Tibi ad Circæus seruatum est*] Plinii in lib. 3. cap. 5. *de re ipſa haec verba sunt: Latium antiquum a Tibi n̄ quod Circeus seruatum est. Strabo quoque auctor Græcus lib. 5. Geograph. Vetus Latium usque ad Circæum promontorium pervenisse commemorat.* Virgilii lib. 7. *Aeneid.* 37.

*Huc age, qui Reges, Erato, qua tempora rerum,
Quis Latio antiquo fuerit status, advena classum
Cum primum Aufonis exercitus appulit oris,
Expediam.* —

Tacitus lib. 4. *Annales*. cap. 5. *Vetus Latio, & Colonis antiquis Romanis. Circeii erat & Latinorum urbs in Circæo sita monte, nomen sortita a Circe Medæ sorore, vallo Città vecchia.* Cicero lib. 2. *de Nat. Deor. Circa quaque Coloni nostri Circejenses religione colunt.* Eadem urbs M. Læptili exilio evasit illustrior, imperante Augusto, ex Suetonio in Octavio cap. 16. *Quæ in propinquo Circæorum mari nascebantur ostrea, in pretio erant apud Romanos, ut constat ex Oratii lib. 2. Sat. 4.*

(49) *Ad Lirim, Novum*] Plinius lib. 2. cap. 5. *Ultra Circeos Volsci, Oſci, Aufones, unde nomen Latii processit ad Lirim amnem.* Otto loci & ipse Novum Latium *Adjustum nominat, quod Vetera adjunctum fit.*

(50) *Annis Savo*] Plinius lib. 3. cap. 5. *Campaniam de-*

H

§8. IN LITORALIS CAMPANIAE
describens maritimam: *In ora Savo fluvius, Vu lurnuns*
oppidum cum amno. Statius lib. 4. Silvar. Carm. 3. de
via Domitiana:

Et Literna palus, pigerque Savo.

(51) *Auruncorum montibus*] Aurunci populi ab antiquis scriptoribus dicti etiam *Ausones*, Volcicis propinquui. Eos *Antiquos* appellat Virgilius lib. 11. Aeneid. 316. Alibi *Patres*, nec uno in loco montes habitasse commemorat. Lib. 7. Aeneid. 727.

vertunt felicia Baccho
Maffica qui raftris: & quos de collibus altis
Aurunci misere patres: Sidicinaque juxta
Aequora.

Et lib. 11. 318.

Aurunci, Ru ~~que~~ *serunt, & vomere duros*
Exercent colles, atque horum asperrima pascunt.

(52) *Sidicinum*] Sidicini populi ex Oscis orti Teanum Sidicinum in Campania habitarunt, quod *magni* *nominis urbem* dixit Strabo lib. 5. Geograph. Teano *Sidicinum* cognomen fuisse scribit Plinius lib. 3. cap. 5. Et Fregellano Sidicinos in Campania potitos campo, constat ex Livio lib. 8.

(53) *Stellatem*] Stellatis Campaniae Campus dictus a *Stella*, quam Atejus Capito apud Pompejum Festum significare ait *Letum*, & *Prosperum*. De eo Cicero in Orat. 2. contra Rullum. Livius lib. 9. Tranquillus in Cæsare cap. 20. *Campum Stellatem majoribus consecratum, agrumque Campanum, ad subsidia Reipublicæ vediagalem reliqua, dixit extra sortem, ac viginti millibus Ci-*
viatis, quibus termini, pluresque liberi essent. Silius Italicus lib. 11.

Stellatesque docent campos, Cereremque benignam.
Consecrationem ejusdem campi erudite exponunt Adrianus Turnebus lib. 3. Adver. lib. 22. & Marcellus Donatus in Dilucidationibus ad Suetonium cit. cap.

(54) *Sequitur Vulturens*] Maximus omnium Campaniae fluviorum est Vulturens, memoratus a Livio lib. 8. cap. 15. lib. 10, cap. 20. & alibi, Dionysio Halicarnasseo lib. 7.

DESCRIPTIONEM NOTE. 59

lib. 7. Pomponio Mela lib. 2. cap. 4. Plinio lib. 3. cap. 5.
aliisque pluribus Latinis, & Græcis Scriptoribus. A Vir-
gilio lib. 9. Æneid. dicitur *Multa flavus arena*. Ovidio
lib. 15. Metamorph. *Multamque trahens sub gurgite are-
nam*. Lucano lib. 2. Phars. Celer. Silio lib. 8. *Fluctu
sonorus*. Claudiano in Paneg. Probinus, & Olybrii ad
Probum *Rapax*. Domitianus Imperator spatiantem late
amnem, pernicioseque grassantem ripis coercuit, &
nobili ponte diebat. Quam ob rem Statius lib. 4. *Silv.*
Carm. 3. cecinit:

*At, flavum caput, humidumque late
Crinem mollibus impeditus ulmis,
Vulturinus levat ora; maximoque
Pontis Cæsarei reclivis arcu,
Pandis talia faucibus redundant:
Camporum bone conditor meorum,
Qui me vallibus aviis refusus
Et ripas habitare nescientem,
Recti legibus alvei ligasti.
Et nunc ille ego turbidus, minaxque,
Vix passus dubias prius carinas,
Jam pontem fero; perviusque calcor;
Qui terras rapere, & rotare silvas
Affueram, (pudet) annis esse copi.*

Ad fluminis ostium ejusdem nominis erat urbs, quam
Romanorum Coloniam fuisse deductam, constat ex Livio
lib. 4. Decad. 4. cap. 45. Varrone de L. L. lib. 4. cap. 5. &
Paterculo lib. 1. Romanæ Historiæ. Primis Ecclesiæ secu-
lis Episcopatu etiam fuit aucta: cuius rei locupletem te-
stem habemus Gregorium Magnum lib. 7. in epistolis
30. & 31. Indict. 2. scriptis Fausto, & Anthemio Sub-
diacono. De Episcopatu Vulturensi vide sis quæ notat Nicolaus Coletus in tomo X. Italiz Sacrae editionis Venetæ.
Plura de Vulturino oppido, ejusque casu notat eruditissi-
mus Peregrinus Discursu 2. cap. 13.

(55) *Vulturini fontis in Samnio est*] Octo nimirum pas-
suum millibus Æternia distans, teste Ciarlanto in me-
moriis Historicis Samnii lib. 1. cap. 9.

60 IN LITORALIS CAMPANIAE

(56) *Confragosa Samnitium percurrit loca*] Confragosa Scriptor appellat loca, quæ rudia, aspera, & inculta sunt. Livius lib. 8. *Confragosa loca, & obfitos virgultis tenebat colles*. Columella lib. 2. de Re Rust. cap. 2. *Incultum igitur locum consideremus, siccus, an humidus, nemorosus, arboribus, an lapidibus confragosus*.

(57) *Clupearum multitudinem*] Nulli dubium est, quia Sanfelicius Alofas intellexerit, quarum in Vulturno, vere appetente, maxima est copia; & quas Etrusci Chieppas, a Clupea sumto vocabulo, appellant. Idque sequitur Bochartus Geogr. par. 2. lib. 1. cap. 42. At longe aliud pisces genus Plinius lib. 9. cap. 15. intellexit, cum ait: *Minimus pisces appellatus Clupea*. Contra vero Calisthenes lib. 3. Rerum Gallicarum apud Harduinum ait: *Miyas ixys. alutaria uterque*. Atqui Alofa nec minimus pisces, nec magnus est.

(58) *Gignitque formosos lupos*] Joannes Brodæus Micsellanus. lib. 7. cap. 27. *Luporum piscium duo sunt genera*. *Uni varii sunt, teste Columella, idest, quorum dorsum ex albo coruleum est; glacie aspersum vocat Poëta Juvenalis Sat. 5. venter candidus, nigris maculis conspersus*. Alteri sine maculis, qui lanei, sine lanati appellantur a candore, mollitieque carnis, auctore Plinio (lib. 9. cap. 17.) *Uterque e mari, marinisve stagnis fluvios subit*. Merito ergo formosos Auctor noster Lupos pisces primi generis appellat.

(59) *Gallinaria est Silva*] Strabo lib. 5. Geogr. de Cumis agens hujus Silvæ meminit, quam sine aqua, & arenosa appellat. Cicero lib. 9. epist. 23. ad Papirium ~~Pacatum~~ ~~litteris~~ inquit, *veni in Cumanum, cras ad te fortasse.... Etsi M. Cepatius cum nobis in Silva Gallinaria obviam venisset, quæsi semque quid ageres, dixit te in lecto esse*.

(60) *Materiem fabricandæ Sex. Pompeii classi suppeditavit*] Ex Strabone lib. 5. Geogr.

(61) *Hanc latrocinii infestam*] Gallinariam Silvam latrocinii infamem fuisse, ob idque a fateilibus cunctam, indicat Juvenalis Sat. 2.

DESCRIPTIONEM NOTE. 61

*Interdum & ferro subitus graffator agit rem,
Armato quoties tutæ custode tenentur
Et Pontina palus, & Gallinaria pinus.*

(62) *Iligne glande*] Plinius lib. 16. cap. 5. de Glandibus loquens: *Genera eorum multa. Distant fructu, fatu, sexu, sapore. Nanque alia fagea grandi figura, alia queruosa, & alia ilignea: atque inter se quoque generum singulorum differentia. Ex lignea glande Civicam apud Romanos Coronam fieri consuevit, docet idem scriptor cit. lib. cap. 4.*

(63) *Venatoribus, pariterque aucupibus inescat prædam*] De Venatione, & Aucupio duos elegantes scriptis libros Bellifarius Aquivivus Aragonius, Neritinorum Dux, ad Andream Matthæum fratrem suum, Atriensis Ducem longe clarissimum.

(64) *Liternum lacum*] Livius lib. 2. Dec. 3. *Panus contra Formiana saxa, & Litterni arenas, stagnaque perhorrida sita hibernaturus, &c. Valerius Maximus lib. 5. cap. 3. num. 2. Litterni paludem desertam nominat.*

(65) *Mugilum assidua captura*] Mugil juxta Isidorum dictus, quasi *multum agilis*. Græcis Κιπαλη a Capite dicitur. Vide Galenus de Alimentis lib. 2. Plinius lib. 9. cap. 8. & 17. & lib. 3. cap. 2. Plura Aldovrandus lib. 4. de Piscibus cap. 6.

(66) *Sub dies præcipue Halcyonios*] Ideft, hiemalis solstitii tempore. Plinius lib. 10. cap. 31. de Halcyonibus differens: *Festificant bruma, qui dies Halcyonides vocantur. Rem eruditæ illustrant viri clarissimi Andreas Alciatus Emblemate CLXXVIII. fol. 622. accuratioris editionis, & Natalis Comes lib. 8. Mythologie cap. 16.*

(67) *Statit oppidum Litternum*] Livius, Plinius, Frontinus, Tabulae Peutingerianæ, aliquie Scriptores *Litternum*, ut Auctor noster, appellant. Sunt tamen plures, qui *Litternum* pronunciant, sed corruptum existimat Cluverius Italæ Antiquæ to. 2. lib. 4. cap. 2. a posterioris seu Grammaticis exscriptoribusque, quasi ab *lintribus* deductum. Inter veteres Romanorum Colonias recensetur a Livio Decad. 4. lib. 2. cap. 29. *Acilius Tribunus plebis*.

fulit

62 IN LITORALIS CAMPANIAE
tulit, ut quinque Colonia in oram maritimam deducen-
tur. Dua ad ostia fluminum Vulturni, Liternique. Et
lib. 4. ejusdem Decad. cap. 45. Coloniae civium Romanorum
eo anno deducta sunt Puteolos, Vulturnum, Liternum.
Eam fortassis renovavit, vel auxit Augustus. Scribit
epis. Frontinus lib. de Coloniis: Liternum nro ducum,
Colonia ab Augusto deducta. Ager eius in jugeribus veter-
anis est assignatus. Inter præcipuas Italæ Præfecturas
idem oppidum fuisse habitum, testatur Sex. Pompejus
Festus pag. 173. edit. Parisiensis. Fuit hoc oppidum in-
ter Vulturnum, & Cumas, ut constat ex Mela lib. 2.
cap. 4. Plinio lib. 3. cap. 5. cæterisque Geographis: in-
felici tamen, crassoque aere, ob noxios paludis, & stagnantium circum aquarum halitus. Hinc Silius Italicus
lib. 6. de Bello Punico stagnosum Liternum dixit, & lib. 8.
stagnisque palustre Liternum. Ejus agrum abundasse len-
tisco indicat Ovidius lib. 15. Metamorph.

Hinc calidi fontes, lentisci ferumque tenetur.
Liternum

De Africano Scipione differens Valerius Maximus lib. 5.
cap. 3. num. 2. Vicum ignobilem appellat. Id autem de
suo ævo, non de superioribus seculis accipiendum, mul-
ta suadent argumenta.

(68) Ob majoris Africani memoriam] Literni siquidem
vir magnus Cornelius Scipio, cognomento Africanus, in-
vidiae cedens habitavit, &, ut multi commemorant, etiam
mortuus est. Vide Livium Dec. 4. lib. 8. Strabonem lib. 5.
Geograph. in Cornelio Scipione, Valerium Maximum
lib. 5. cap. 3. num. 2. & Annæum Senecam epist. 86. ad
Lucilium. Is cætera ab Auctore nostro compendiose tra-
etata, prolixiore sermone narrat his verbis: *Eo pondere*
res erat, ut aut libertas Scipioni, aut Scipio libertati fa-
ceret injuriam. Neutrum fas erat. Itaque dedit locum le-
gibus, & se Liternum recepit, tam suum exilium Reipu-
blica imputaturus, quam Annibal is. De Scipionis Afri-
cani domicilio Literni posito scribit idem Seneca epist. 51.
ad laudatum Lucilium, Valerius Maximus lib. 2. cap. 5.
num. 3. Plinius lib. 14. cap. 4. *Magna fama & vetulene*
Ægia-

DESCRIPTIONEM NOTÆ. 63

Agialo perinde libertino fuit, in Campania rure Liter-
nino, majorque enim favore hominum, quoniam ipsum
Africani colebat exilium.

(69) *Relicta ingrata patria*] Valerius Maximus lib. 5.
 cap. 3. num. 2. de Scipione loquens: *Voluntarii exilii*
acerbitatem non tacitus ad inferos tulit, sepulcro suo
inscribi iubendo: INGRATA PATRIA NE OSSA QUI-
DEM MEA HABES.

(70) *Cum Philosophia*] Lege Plutarchum in vita Cor-
 nelii Scipionis prope finem.

(71) *Et cum re rustica*] Seneca epist. 86. ad Luci-
 lium de Scipione apud Liternum exulante scribens: *Vidi*
villam fructam lapide quadrato: murum circundatum
silva: turres quoque in propugnaculum villa utrinque
subrectas: cibernam adificiis, ac viridibus subditam, qua
sufficeret in usum vel exercitus posset: balneolum angustum,
tenebricosum, ex consuetudine antiqua: Non videbatur
majoribus nostris caldum, nisi obscurum. Magna ergo ma-
voluptas subit contemplantem mores Scipionis, ac nostros.
In hoc angulo ille Cartaginis horror, cui Roma debet,
quod tantum semel capta est, abluat corpus laboribus
rusticis fessum. Exercebat enim opere se: terramque, ut
mos fuit priscis, ipso subigebat. Sub hoc ille techo tano
sordido stetit. Plinius lib. 16. cap. 44. Vita arborum qua-
rundina immensa credi potest si quis profunda mundi,
& saltus inaccessos cogites. Verum ex his, quas memoria
hominum custodit, durant in Litermino Africani prioris
manu sat oliva: item myrtus eodem loco conspicua ma-
gnitudinis. Subest specus, in quo manes ejus custodire dra-
co traditae.

(72) *Triumphalique dextera laboriosum sape recte arat-*
rum] Plinius lib. 18. cap. 3. *Ipsorum tunc manibus Im-*
peratorum colebantur agri, ut fas est credere, terra gau-
dente vomere laureato, triumphalique aratore.

(73) *Cumanus ager, Phlegraeus grane*] Idest Ardens,
 sulfure enim abundat quam maxime, nec desunt erum-
 pentes pallide terra ignes. De hoc campo Diodorus Si-
 culus lib. 4. cap. 21. Polybius lib. 2. cap. 17. Strabo lib. 5.
 Pli-

64 IN LITORALIS CAMPANIE

Plinius lib. 3. cap. 5. Multa de Agro Phlegræo in Campania Peregrinus Discurs. 2. cap. 19.

(74) *Gigantum pugnam poëta vulgarint, illic contra Jovem*] Consule Ovidium lib. 1. Metamorph. Fabul. 5. & sequ. & lib. 10. Fabul. 4. Propertium lib. 3. Eleg. 9. Claudianum in Gigantomachia, Hyginum Fabul. 28. Apollodorum lib. 1. Natalem Comitem Mythologæ lib. 6. cap. 21. & sequ.

(75) *Hic cum Hercule ejus filio*] Nota eruditis viris fabula est, Herculem in designato Campanie agro Gigantes debellasse. Id e Græcis scriptoribus narrat Diodorus Siculus Historias. lib. 4. e Latinis Horatius lib. 2. ode 12. ad Mæcenatem:

— domitofque Herculea manu
Telluris juvenes, unde periculum
Fulgens contremuit domus
Saturni veteris —
Silius Italicus lib. 12.
Tradunt, Herculea prostratos mole Gigantes
Tellurem injectam quatere, & spiramine anbulo
Torreri late campos, quotiesque minantur
Rumpere compagem impositam, expallescere cùlum;

Vide Natalem Comitem cit. loc. & lib. 7. cap. 1. Straboni lib. 5. Geograph. que de Phlegræis Campis fabulantur, & re ibi cum Gigantibus gesta, non aliunde videntur orta, quam quod regionem ipsam, ob soli ubertatem, multi certatim sibi vindicarint.

(76) *Latini appellant Laborias*] Ex Plinio lib. 18. cap. xi. De Laboriis paullo post.

~~Quæ ducuntur militariibus viis~~] Plinius loco paullo ante citato: Finiantur Laboria via ab utroque latere Consulari, quæ a Puteolis, & quæ a Cumis Capuanas dicit. Philippus Cluverius lib. 4. cap. 2. hanc ipsam a Plinio traditam campi Laboriarum descriptionem minus veram, & exactam habet. Eum tamen a Cluverii sensu defendit, & illustrat Peregrinus Discurs. 2. cap. 19. Viarum militarum mentionem ingens. Cicero Rhl. 12. in M. Antonium, in Orat. adversus L. Pisones, & alii

DESCRIPTIONEM NOTÆ.

65

alii passim antiqui Scriptores. At cur *Militares* ipsæ met, & alia quædam in Romano Imperio, atque Italia præsertim, viæ diætae, non una eit eruditorum viorum sententia. Putarunt nonnulli *Militares* appellatas, quod ampliores, commodioresque essent, ac proinde ducentis militaribus copiis aptæ, ac hospitiis frequentes quam maxime. Quo siebat, ut libentius a viatoribus calcarentur, essentque ab latronum incursibus tutiores. Varro de Re Rust. lib. 1. cap. 5. Nec paludem quidem vicinam esse oportet adiiciiis, nec jundam militarem viam, quod illa &c. Hac autem prætereauntium viatorum populationibus, & assiduis divertentium hospitiis infestat rem familiarem. Propter quæ censeo ejusmodi viatore incommoda, willamque nec in via, nec pestilenti loco, sed procul, & editiore situ condere. Raphaël vero Fabrettus de Columna Trajani cap. 2. Non aliundo præcipitas, ac nobiliores vias militares dictas censet, nisi quia militum opere sternebantur. Quintilianus lib. 2. cap. 3. Itaque & stratum militari labore iter sape deserimus. Joleph lib. 3. ejusmodi milites Viarum Stratores appellat. In ejusque rei comprobationem laudatus Fabrettus tum ex ipsamet Trajani Columna profert imaginem, tum etiam antiquas inscriptiones affert, quærum testimonio idem asseritur.

(78) *Sunt Laboria ea secunditate*] Commendatur hæc a Strabone lib. 5. Geogr. & Polybio lib. 3. Plinius lib. 18. Naturalis Historiæ cap. 11. Quantum autem Campanus circum Campanus universas terras antecedit, tantum ipsum pars ejus, quæ *Laboria* vocantur, quem Phlegraum Graeci appellant. Silius Italicus lib. 8.

————— illic quos sulfure pingues
Phlegræi legere sinus —————

(79) *Restibilesque*] Pompeius Festus: Restibilis ager dicitur, qui biennio continuo seritur farreo spico, id est, aristato: quod ne fiat, solent qui prædia locant, exciperre. Plinius lib. 18. cap. 17. fertilitatem camporum Ægypti efferaens: Ubertatis ramen tanta sunt, ut sequente anno sponte restibilis fiat seges. Columella Restibile vineum

66. IN LITORALIS CAMPANIE
sum dixit lib. 3. cap. 18. vineam, quæ annis singulis
repastinatur. *Resibilis fecunditas* Plinio lib. 2. cap. 19.
est nunquam intermissa ubertas.

(80) *A Cumais, & Chalcidenibus conditi sunt Cumani*
Quidquid de Cumanorum origine a Cumais, & Chalci-
densibus, Hippocle, & Megasthene ducibus, scribit Au-
tor, ex quinto Geographia Strabonis libro desumtum
est. Contentiunt autem Scriptores omnes, Chalciden-
sium opus fuisse Cumas; de tempore diffentiunt. Illor-
um præterea socios quidam fuisse produnt Cumæos, Ere-
thrienses alii. Vellejus Paterculus lib. 1. *Athenienses in*
Eubœa Chalcidem, & Eretriam colonis occupavere . . .
Nec multo post Chalcidenses orti, ut prædiximus, Atti-
cis Hippocle, & Megasthene ducibus, Cumas in Italia
condidere. Virgilius lib. 6. *Aeneid.* 2.

Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris.

Statius lib. 4. Silv. Carm. 2.

Sed quam fine via recentis imo,
Qua membrat veteres Apollo Cumas,
Albans crinibus, infulique cerno?
Visu fallimur? An sacris ab antris
Profert Chalcidicas Sibylla laurus?

Oscorum commercio Græcos mores Cumas mutasse pro-
dit Vellejus lib. 1. Romani, teste Livio lib. 8. *Cumanos,*
Sueffulanosque ejusdem juris conditionisque, cujus Ca-
puciam esse voluerunt. Fuisse Romanorum Municipes Cu-
manos prodit idem Historicus lib. 3. Dec. 3. De Cumanis
Balneis idem Livius lib. 1. Dec. 5. cap. 16. *Cn. Cornelius*
Consul, inquit, ex monte Albano rediens condidit: &
parte membrorum captus, ad aquas Cumanas profectus,
ingravescente morbo, Cumis doceſſit. Cumanorum anti-
quam potentiam, divitias, & agri ubertatem laudat Dio-
nysius Halicarnassus lib. 7. & Livius lib. 8. Celeberrimi-
nus fuerat Cumis cultus Apollinis, de cuius statua Cic-
lib. 1. de Divin. & de Oraculis. Virg. lib. 6. *Aen.* & qui
ad ipsum Poëtam commentaria, vel notas addegerunt.
De Cumana Sibylla, post Varronem, atque Lactantium,
plura Obsopœus, Musardus, & alii, qui de Sibyllis scri-
pserunt.

DESCRIPTIONEM NOTÆ. 67

pſere . De vetustissimis ejusdem Sibyllæ libris notatu digna recenset Gellius lib. 1. Noctium Atticarum cap. 19. Consule Plinium lib. 13. cap. 13. & ad eum auctorem Delecampium . Eos præcipuo cum honore Romæ fuisse servatos , liquet cum ex aliis , tuin etiam ex Tranquillo in Augusto cap. 31. Id spectavit Virgilius lib. 7. Aeneid. 71. ubi cum Cumana Sibylla Aeneam loquentem inducens:

*Te quoque magna manent regnis penetralia nostris .
Hic ego nanque tuas sortes , arcanaque fata
Dicta mea genti ponam ; letosque sacrabo
Alma viros : foliis tantum ne carmina manda ;
Ne turbata volent rapidis Iudibria ventis :
Ipsa canas , oro*

De hujus Sibyllæ nominibus , spiritu , numero , ætate ; & libris agit Antonius Caracciolum , natalibus , & eruditione clarus , in libro de Sacris Neapolitanæ Ecclesie Monumentis cap. 18. sect. 2.

(81) *Felictum fertilitate prædiorum] Felix prædium est quod fructum affert , infelix contra , quod sterile . Sic Felices arbores , auctore Festo , Cato dixit , qua frumentum ferunt ; infelices qua non ferunt . Livius lib. 6. Nulla felix arbor , nihil frugiferum in agro relictum .*

(82) *Eorumque fregerint impetum] Insignem de Etruscis victoriam , conjuncta cum Siculis ope , Cumani obtinuere , ut scribunt Diodorus Siculus Histor. lib. 11. & Auctor Olympiadum .*

(83) *Italia , Siciliaque urbes Cumæ antiquitate præsiterunt] Strabo cit. Geograph. lib. 5. vetustissimum Calcidensium , & Cumæorum adficium appellat Cumas ; easque præterea universas Siciliæ , Italique urbes antiquitate antecelluisse significat . Quare & in hoc capite Auctor noster Strabonem ducem habuit . Antonius Caracciolum cit. loco sect. 1. contendit , falsum esse Cumas omnium Italique , Siciliæque urbiū antiquissimas esse : plures tamen sunt viri docti , quos levia Caraccioli momenta non movent . Quod ad urbis nomen attinet , laudatus Strabo Cumas a fluctu , qui Græcis Kūμa est , dictas*

68 IN LITORALIS CAMPANIE

commemorat. At cur a fluctu nomen habuere *Cumas*? L. Johannes Scoppa lib. 1. Collectan. cap. 4. Chalcidenses a fluctibus, per quos navigaverunt, *Cymas* appellarent: mox y in u mutatum fuit, ut multis etiam nominibus accidisse videmus. Sive *Cumæ*, ut Strabo in 5. libri fine testatur, a cognomine Hippoclis Cumani nominatur..... Sive ab nugurio mulieris gravidæ, atque dormientis inventæ, quæ Græcis Cumæis dicitur. Quo teste inventæ mulieris gravidæ in loco ædificandæ urbis nittatur historia, Scoppa non prodit. Strabò ex pacto novam urbem a Cumæis appellatam fundatoribus scribit, non a Duci cognomine; Chalcidensibus vero relicta fuisse possidendam coloniam. Quod propterea a fluctibus, per quos iter in Campaniam fuit, nomen derivat, inepta videtur assertio. Vero similius est a fluctibus, quibus locus ipse assidue fuit expositus, *Cumas* dictæ. Consule Strabonem citato loco, & Cerdam in 6. Æneid. librum vers. 2. num. 4. Extabat olim Cumana Historia ab Anonymo, sed antiquo auctore conscripta, quem citat Festus verbo *Romanam* pag. 227. De Cumanis antiquitatibus avorum memoria scripsit Scipio Mazzella. Primo Christi seculo infrequens populo erat Civitas, ut constat ex Juvenalis Satyra 3. in principio. Postquam Christianis sacræ nomen dedit, præcipuo Episcopatu aucta est. Vide Caracciolum cap. 18. sect. 1. Eundem Episcopatum S. Gregorius Magnus Misenati Ecclesiae, & Diœcesi univit, ex Epist. 21. lib. 2. Indiction. x. Constat tamen ea unio non fuit, atque utraque tandem Ecclesia Neapolitani Antistitis jura, & ditionem ampliavit, ut fidat Chioccarellus lib. de Episcopis, & Archiepiscopis Neapolitanis pag. 153. Non desunt tamen qui scribant, Cumananum Episcopatum Aversano unitum fuisse. Vide Ughellum, & Lucentium in Aversanis Episcopis.

(84) *Urbs tanta versa est in caprilia] Columella lib. 7. cap. 6. & Plinio lib. 28. cap. 10. Caprile locus est, ubi capre servantur. Tantæ urbis casum, triflesque ruinæ. Actius Sincerus Sanazarus lib. 2. Eleg. 9. his versibus luget;*

Hic

DESCRIPTIONEM NOTE. 69

Hic ubi Cumæa surgebant inclita fama
 Mania, Tyrrheni gloria prima maris;
 Longinquis quo saepe hospes properavit ab oris,
 Visurus tripodas, Delie magne, tuos;
 Et vagus antiquos intrabat navita portus,
 Quærens Dadalea conscia signa fuga:
 (Credere quis quondam potuit, dum fata manebant?)
 Nunc silva agrestes occulit alta feras.
 Atque ubi faridica latuere arcana Sibylla,

Nunc claudit saturas vespere pastor oves. &c.

(85) In cuius loci tempore aliosum id pecus, &c.] Varro lib. 2. de Re Rust. Stabulatur pecus melius ad hibernos exortus, si spectat quod est aliosum.

(86) Neronis fossam] Suetonius in Nerone cap. 31. Fossam ab Averno Ostiam usque, ut navibus, nec tamen mari iretur, longitudinis per CLX. millaria, latitudinis qua contraria quinquaremes committentes. Quorundam operum perficiendorum gratia, quod ubique essent cypri-dia in Italiam deportaturi, etiam scelere convictos, non nisi ad opus mandari præceperat. Statius lib. 4. Silva. Carm. 3.

Nec frangit vada, montibusque casis
 Inducit Nero sordidas palades.

Et Auctor libri Spectaculorum Epigr. 31. de Naumachia:

Fucinus, & pigri taceantur stagna Neronis.

(87) Matricida] Nota historia ex Suetonio in vita cap. 34. Hinc illud Petronii apud eundem:

Quis neget Æneæ magna de stirpe Neronem?

Sustulit hic matrem, sustulit ille patrem.

(88) Ostiam usque] Latii civitas clara ad Tiberis ostium condita, unde nomen accepit, de qua Livius lib. 1. cap. 3. lib. 23. cap. 38. Romanorum colonia fuit, a Mario expugnata, misereque direpta, ex Auctore Epitomes Liviæ lib. 79. Claudius Cæsar. portu nobilitavit, ut scribit Suetonius in vita cap. 20. Vel post Christum natum epibus, frequentia, & celebritate floruit. Plinius Junior lib. 2. Epist. 17. Cæteras copias Ostiensis Colonia mi-

ni-

70 IN LITORALIS CAMPANIE

nifrat. Minucius Felix in Octavio cap. 2. Oftiam *amissimam civitatem* appellat. Procopius lib. 1. de Bello Gothicō cap. 26. urbem *olim magni nominis*, tunc autem *manibus plane nudatam* fuisse commemorat.

(89) *Magia adicto*] Tranquillus in Nerone cap. 34. Facto per magos sacro, evocare maues, & exorare tentavit.

(90) *Canopica Alexandrinorum Fossa cupiebat modulantes imitari choros*] Canopus duodecim fere millibus passuum Alexandria distabat oppidum, quod Ammianus Marcellinus lib. 22. Histor. *impedio locum fanis, & latis diversoriis extremitum* appellat. In his erat & Serapidis templum, praecipua Aegyptiorum veneratione cultum. Narrat Strabo lib. 5. Geogr. memorabilem fuisse illos turbam, qui ad festos illic dies per Fossam Alexandria navigabant, quæ Fossa diebus, ac noctibus nivalium plena erat, viros pariter, ac mulieres veletantum, qui cantabant, ac tripudiabant cum extrema lascivia, & impudenter. Ea de causa factum, ut Canopus tanquam bonis moribus minime congruens judicetur a Seneca lib. 7. Epist. 1. ad Lucilium. Alexandriam concesserat Nero, ut discimus ex Suetonio cap. 19. capitumque fuisse Principem, vita turpitudine pravisque moribus laborantem, modulatis Alexandrinorum laudationibus, & id genus alis exercitationibus, Romano-ruam indignis Imperatore, idem Scriptor commenmorat.

(91) *Altera rursus Amyclano in finu, &c. quam ob rem vinum Cœcum disperserit*] Plinius lib. 14. Cap. 6. Antea Cœcum erat generositas celeberrima in palustribus populeis finu Amyclano, quod iam intercidit, & incuria coloni, locisque angustia, magis rāmen Fossa Neronis, quam a Bajano lacu. Oftiam usque navigabilem incobrevrat. Cœcum in palustribus natum locis commendant Strabo lib. 5. Geograph. Horatius lib. 1. Carm. Ode 20. & Ode 37. Martialis lib. 13. Epigr. 115.

Cœtuba Fundanis generosa coquuntur Amyclæ;

Vitis. & in media nata palude viræ;

Plura de hoc vino. Johannes Menelphius Montanus in
Men-

DESCRIPTIONEM NOTE. 71

Mensa Romana cap. 15. Jacobus Praefectus de divers. vii gener. pag. 22. Johannes Bond, in notis ad citatam postremo loco Horatii Odem, dictum *Cacubum* putat vinum a *Cacubis Campania populis*: at quam vere id auctor asserat, norint viri docti.

(92) *Amyclensum*] Amyclæ urbs Latii celeberrima, & vetusta, quam silentii cauffa periisse narrant. Scribit enim Servius in Commentar. ad lib. 10. Æneid. Amyclanos, Pythagoricæ disciplinæ addicatos, lege cavisse, ne quis hostium nuntiaret adventum, ob civitatis inanes commotiones frequentes, quas vitare omnino voluere. Venientibus tamen vere hostibus, ac nemine nuntiante, urbs capta, misereque eversa est. Unde locus Proverbio factus, *Amyclas perdidit silentium*: de quo late, & eruditæ in Adagiis Paullus Mannuccius. At Plinius lib. 3. cap. 5. & lib. 8. cap. 29. Amyclas a serpentibus deletas commemorat. De urbe ipsa Lucilius apud Servium cit. loc. Virgilius lib. 3. Georg. & 10. Æneid. Catullus Carm. de Vere (si verus ejus Carminis titulus est) Julius Solinus de Italia cap. 2. Tacitus in Annal. lib. 4. cap. 59.

(93) *Acherusia Palus*] De hac Strabo lib. 5. Geograph. Plinius lib. 3. cap. 5. Silius Italicus lib. 13.

*Hortatur vicina palus, ubi signat Averni
Squalemens introitum stagnans Acherusius humor.*
Natalis Comes lib. 3. Mythol. cap. 1. locum illustrat.

(94) *Ferrugineo colore squalenti*] Subnigro, scilicet, atque cœruleo. Consule Philippum Beroaldum lib. Annat. in varios Auctores cap. 92..

(95) *Misenus promontorius*] Laudatur a Livio Decad. 3. lib. 4. Tacito lib. 14. cap. 4. Tiberium Cæsarem in secessu Campano, mutatis saepius locis, tandem apud *promontorium Miseni confessum*, scribit idem Auctor lib. 6. cap. 50. Miseni oppidi meminere Plinius Senior lib. 3. cap. 5. Junior lib. 6. Epist. 20. Illustris & apud veteres fuit *Misenus portus*, quem Opice Regioni tribuit Dionysius Halicarnassius lib. 1. & L. Florus lib. 1. cap. 16. *Nobilem* appellat. In hoc eodem portu præcipuam ab Augusto constitutam esse classem ad inferi maris tutelam,

pro-

72 IN LITORALIS CAMPANIE

prodit in vita Suetonius cap. 46. Inde *Classis Misenensis* passim ab Historicis nominatur. Marium septies Consulem in Misenensi agro posuisse villam, auctor est Plinius lib. 18. cap. 6. Fuisse in Misenati & villam Luculli, in qua Tiberius Imperator vita decepsit, constat ex Tacito lib. 6. cap. 1. Hac de re multa apud Suetonium in Tiberio cap. 72. 73. 74. 75. Mileni maris Ech'ni magno a veteribus habebantur in pretio, ac proinde potissimum laudabantur ab Horatio lib. 2. Serm. Sat. 4.

(96) *De sepulcro Miseni Trojanae classis tubicinis appellatur*] Virgilius lib. 6. Aeneid. 222.

*At pius Aeneas ingenti mole sepulcrum
Imponit, suaque arma viro, remunq[ue], tubamq[ue]
Monte sub aërio, qui nunc Misenus ab illo
Dicitar, aeternumq[ue] tenet per secula nomen.*

(97) *Hoc in monte insignium more virorum*] Quod antiquis mos fuerit principes illustresque viros in montibus sepelire, Alphonsus Ciacconius in Historia utriusque Belli Dacici a Trajano gesti, ex Simulacris Columnæ Trajani prodit.

(98) *Bajanum efficit sinum*] Quidquid de Bajani litoris amoenitate, ac salubritate hic Author differit, brevi elogio complexus est Horatius lib. 1. Epist. 1. ad Mae- cennatem, cum scripsit:

Nullus in orbe sinus Bajis prælucet amanis.
Martialis lib. 11. Epigr. 81.

*Litus beato Veneris anrenm Bajas,
Bajas superba blanda dona naturæ,
Ut mille laudem, Flacce, verbibus Bajas,
Eduando auge non satis tamen Bajas.*

Plura de hoc amoenissimo, & saluberrimo orbis terrarum sinu ex priscis scriptoribus supervacaneum ducimus hic recensere. Id enim operæ diligenter navavit Philippus Cluverius, navarunt & alii, qui de Campañæ balneis, vel Romanis, Italisque antiquitatibus accurate scripsere. Monuisse tamen non abs re erit, Bajanas delicias, atque salubres aquas a Deo O. M. mortaliū levamento, & auxilio datas, pravo hominum usu tam

DESCRIPTIONEM NOTE. 73

tam pernicioſas moribus evaſiſſe, ut vel ipliſimet aucto-
res veteres, Christianis legibus minime addicti, impro-
baverint. Seneca Epift. 51. ad Lucilium: *Itaque de ſe-
cessu cogitans nunquam Canopum eliget: quamvis nem-
inem Canopum eſſe frugi veret, nec Bajas, qua di-
verſorium vitiorum eſſe cuperunt. Illic ſibi plurimum luxu-
ria permittit. Illic, tanquam aliqua licentia debeatur
loco, magis solvitur. Non tantum corpori, ſed etiam
moribus falubreſ locum eligere debemus.* Philosopha
cohærent Poētæ. Propertius lib. 1. Eleg. 11.

Tu modo quam primum corruptas defere Bajas.
Martialis lib. 1. Epigr. 63. & alii. Bajanis finis pifces
Domitiani Imperatoris tempore ipliſimet ſummo Principi
fuiffe ſacros, nec cuiquam fas in illo pifcari, ſcribit
idem Martialis lib. 4. Eleg. 30.

(99) *Edoti qua balnea quibus mederentur morbis.*] Veterum notitiam posteritati perennavit illuſtris Medicus Johannes Elysius Neapolitanus libro de totius Campaniae Balneis ad Bernardinum Sanfeverinum Bisiniani Principem. Auctores alios de Bajanis agentes Balneis laudavimus, ac recenſuimus alibi.

(100) *Multis in terris &c. qui in Liguria Statiellas, & in Narbonensi provincia Sextias Aquas &c.*] Descripsit hæc Auctor ex Plini lib. 31. cap. 2. quo de ſcatu-
rientium variis in locis medicarum aquarum varietate,
atque vigore differens, hæc habet: *Augent numerum
Deorum nominibus variis, urbesque condunt, fecut Pha-
teolos in Campania, Statiellas in Liguria, Sextias in
Narbonensi provincia. Nusquam tamen largius quam in
Bajano fini nec pluribus auxiliandi generibus, alia
ſulfuris, alia alaminis, alia ſalis, alia nitri, alia bi-
tuminis, nonnullæ etiam acidæ, ſalſave mixtura. Va-
pore quoque ipſo aliquæ proſunt. Tantaque eis eft vis,
ut balineas calefaciant, & frigidam etiam in ſoliis fer-
vere cogant, qua in Bajano Posidianæ vocantur, nomine
accepto a Claudi Cæſarī ſliberto. Oſonin quoque perco-
quunt. Vaporant & in mari ipſa, qua Licinii Crassi fue-
rō: mediosque inter fluctus exiſtit aliiquid valeſudini ſa-*

K

In-

74 IN LITORALIS CAMPANIE

luctare. Jām generatim nervis prossunt, pedibusque, aut coxendicibus, aliae luxatis, fractis: inaniunt alvos: sanant vulnera: capiti, auribusque privatis medentur: oculis vero Ciceroniana. Si diuturnior Neroni vita fuisset, fortasse multæ ex tot salubrium aquarum scaturigines vel occultatae prorsus, aut omnino confusæ fuissent, magno cum ægrotantium, atque invalidorum corporum detimento. Scribit siquidem Tranquillus cap. 21. Incohabat piscinam a Miseno ad Avernū lacum, contemnam, porticibus conclusam, quo quidquid totis Baiis calidarum esset, committeretur.

(101) *Puteolis*] Julius Cæsar Capaccius, de Campania Antiquitatibus optime meritus, præcipuam Puteolanæ urbis historiam scripsit. De situ, & antiquitate Puteolorum librum adornavit Scipio Mazzella. Ferdinandus Loffredus, Trivici Marchio, opusculum edidit, cui titulus, *L'Antichità di Pozzuoli, e luoghi convicini. Multa de eadem urbe Cluverius in Italia Antiqua, & Peregrinus Discurs. 2. cap. 18.*

(102) *Frequentissima in emporio*] Livius lib. 4. De cad. 2. loquens de Q. Fabio: *Ex auctoritate Senatus Puteolos per bellum cæptum frequentari emporium communiit. Strabo lib. 5. Geogr. maximum appellat emporium, Pompeius Festus de Verb. Signif. lit. M. Minorem Delum Puteolos esse dixerunt, quod Delos aliquando maximum emporium fuerit totius orbis terrarum, cui successit posse Puteolanum: quod Municipium Gracum antea Dicarchia vocatum est; unde Lucilius: Inde Dicarchum populos. Delumque minorem. Et Statius lib. 3. Silv. Carm. 5. ad uxorem:*

*hic auspice condita Phæbo
Tecta, Dicarchei portus, & litora mundi
Hospita.*

(103) *Regna Puteolana eam ob causam a M. Tullio dicta*] Cicero lib. 14. ad Atticum Epist. 17. Ipse autem eo die in Pati nostri tyrorarichum impinguabam: per paxis diebus in Pompejanum: post in hac Puteolana, & Cumana regna renavigare: Quæcateroqui valde ex-

pe-

DESCRIPTIONEM NOTE.

59

petenda, interpellantium autem multitudine pene fugienda! At Latini Scriptores non modo Regum ditiones ipsumque dominium, sed quidquid a quoquam possidebatur, donarunt nomine Regni. Sic Plautus in Mercatore Act. 5. Sc. 1.

Ibi quidem si regnum detur, non est cupita civitas. Ipsem Cicero lib. 1. de Orat. L. Crassi Tusculanam Villam designans: *Q. Scavola, inquit, negasti te fuisse latum, nisi in meo regno esses.* Hac autem cum ita sint, simillimum vero putamus, Ciceronem, Regni vocabulo Puteolis attributo, non modo pluri morum populorum ex multis Regnis ad eam urbem miram frequentiam, sed etiam ejusmet urbis ditionem, liberam propriis legibus vivendi facultatem, agrumque liberum intellectisse. De quibus ille Orat. 2. in Rullum: *Puteolos veros qui nunc in sua potestate sunt, suo iure, libertateque utuntur, totos novo populo occupabunt.*

(104) *Ita excultum scribit, ut unius urbis offerret aspectum] Vide lib. 5. Geograph.*

(105) *E lacubus Lucrino, atque Averno] Lucrinum lacum laudant Strabo lib. 5. Geogr. Dio Castrus lib. 48. Plinus lib. 3. cap. 5. Propertius lib. 1. Eleg. 11. Statius lib. 4. Silv. Carm. 3. Martialis lib. 1. Epig. 62. aliquis qui de Lacubus scripsere. L. Florus lib. 1. cap. 16. Lucrinum, & Avernus lacus quadam maris osia nuncupat. Idem Lucrinus lacus velocissimis sulcari naviculis consuevit, ex Cornelio Tacito lib. 14. Histor. & ex Martiali lib. 3. Epigram. 20.*

*An affuentes jam profectus ad Bajas
Piger Lucrino naviculatur in stagno?*

(106) *Lucrinenses voluptates] Martialis lib. 6. Epigram. 43. de Nomentano suo loquens cum Castrico, Campanie gaudente deliciis:*

*Hic mihi Bajani soles, mollisque Lucrinus,
Hic vestra mihi sunt, Castrice, divitiae.*

*At vero has ipsas Lucrinenses voluptates, cum passim Veteres abuterentur, plerumque etiam turpes evadebant.
Quare salse idem Poeta lib. 10. Epigram. 20. Lucrinam*

K 2

pa-

paludem , & oram Salmacis lotam scaturigine dixit : quod æque mollis esset atque Salmacis in Caria , cuius fons effeminare , ac enervare viros dicitur ab Ovidio lib. 4. Metamorph. Fabula 11. Par Ausonio Epigram. 68. & 95. itemque Antholog. lib. 1. cap. 17. atque aliis sententia est . Martialis hæc verba sunt :

*Non blanda Circe , Dardanisue Cajeta
Desiderantur , nec Marica , nec Liris ,
Nec in Lucrina lora Salmacis vena .*

(107) Ostrearum construxerunt vivaria] Omnium primus , qui novum conchylia in aquis dulcibus nutriti modum in Lucrino excogitavit , eisque industria sua cum saporem addidit , tum etiam pretium , fuit Sergius cognomento Orata , de quo Plinius lib. 9. cap. 54. Ostrearum vivaria primus omnium Sergius Orata invenit in Bajano , astate L. Crassi Oratoris , ante Mysicum bellum : non gula causa , sed avaritia , magna vedigalia tali ex ingenio suo percipiens . . . Is primus optimum saporem ostreis Lucrinis adjudicavit , quando eadē aquatiliū genera aliubi atque aliubi meliora . Et paucis interjectis : Non dum Britannica serviebant litora , cum Orata Lucrina nobilitabat : postea visum tanti in extremam Italianam petere Brandusium ostreas : ac ne lis esset inter duos sapores , nuper excogitatum , famam longa advectionis a Brundusio compascere in Lucrino . Macrobius lib. 3. Saturn. cap. 15. Huic opinioni M. Varro consentit afferens , eodem modo Licinios appellatos Murænas , quo Sergius Orata cognominatus est : quod ei pisces , qui Auratae vocantur , carissimi fuerint . Hic est Sergius Orata , qui primus balneas peniles habuit : primus ostrearia in Bajano collocavit : primus optimum saporem ostreis Lucrinis adjudicavit . Vel , ut apud Cic. lib. 1. de Orat. scribitur , Sergius Aurata .

(108) Quas copiose gignebat Lucrinus , ob id ostreolus cognominatus] Ostrea commune piscium nomen est , qui asperam scabramque testam habent ; qui enim levem planamque præferunt , dicuntur Concha : quanquam sepe id nomen variatum est , & Ostrea quoque Concha sunt appellatae . Quæ in Lucrino oriebantur , generes ma-

gnis -

DESCRIPTIONEM NOTE.

gnitudine, & copia præstisſe commemorat Strabo lib. 5.
Geograph. Eorum vero sapor tantus erat, & talis, ut
Lucrina Ostrea inter delicioris gulæ illecebras haberentur. Seneca Epist. 78. ad Lucilium: *O infelicem agrum!*
quare? quia non vino nivem diluit: quia non rigorens po-
tionis sua, quam capaci scypbo miscuit, renovat, fra-
cta insuper glacie: quia non ostrea illi Lucrina in ipsa
mensa aperiuntur. Horatius Epop. 2.

Non me Lucrina juverint conchylia,
Magisue rhombus, aut scari,
Si quos Eois intonata fluctibus
Hiemis ad hoc vertat mare.

Et lib. 2. Satyr. 4:

Sed non omne mare est generosa fertile testa.
Murice Bajano melior Lucrina peloris:
Ostrea Circais, Miseno oriuntur echini.

Juvenalis Satyr. 4.

— nullus major fuit usus edendi
Tempestate mea: Circais nata forent, an
Lucrinum ad sacrum, Rutupinove edita fundo-
Ostrea, callebat primo deprendere morsu.
Et semel adspicti litus dicebas echini.

Petronius Arbitor in Satyrico:

Lucrinis
Eruta litoribus vendunt conchylia canas,
Ut renoverent per damna famens —

Martialis lib. 5. Epigram. 28.

Concha Lucrini delicior fragni.

Lib. 6. Epigram. 11.

Tu Lucrina voras, me pascit aquosa peloris:

Non minus ingenua est & mibi, Marce, gula.

Lib. 13. Epigram. 82.

Ebria Bajano veni modo concha Lucrino;

Nobile nunc stio luxuriosa garum.

Et Epigram. 90.

Non omnis laudem, pretiumque aurata meretur,

Sed cui solus erit concha Lucrina cibus.

(109). *Non minoris hic publice, & privatim adiaca-*

bis

IN LITORALIS CAMPANIE
latur, quam in Urbe] Horatius lib. 2. Carm. ode 15.
seculi sui improbans luxum, quæ hinc Author noster de
Lucrino notat, præcipue attingit:

Jam paucæ aratro ingera regia
 Moles relinquunt: undique latius
 Extensa visentur Lucrino
 Stagna lacu: platanusq; calebs,
 Evincet ulmos: tum violaria, &
 Myrtus, & omnis copia narium
 Spargent olivetis odorem,
 Fertilibus domino priori.
 Tum spissa ramis laurea servidos
 Excludet idus. Non ita Romuli
 Præscriptura, & insoniæ Catonis
 Auspiciis, veterumque norma.

Valerius Maximus lib. 9. cap. 1. Edificiis etiam spatio-
fis, & excelsis deserta ad id tempus ora Lucrini lacus
(Sergius Orata) pressis: quo recentiore usu conchyliorum
frueretur. Perpetuam Scipionis Africani villam cum
balneo, antiquis moribus apud Liternum fabricatam,
expendens Seneca Epist. 86. ad Lucilium, tum aliorum
edificiorum, ac balnearum luxum, qui passim ætate
sua per hanc ipsam amoenissimam Campaniæ oram spe-
cabantur, vituperans, scribit: Sub hoc ille recto tam for-
dido stetis: hoc illum pavimentum tam vile sustinuit. At
nunc quis est, qui sic lavari sustinet? Pauper sibi videtur
ac folidus, nisi parietes magnis, & pretiosis orbibus re-
fusserint: nisi Alexandrina marmora Numidicis crustis
distincta sunt: nisi illis undique operosa, & in pictura
modum variata circumlitio protenetur: nisi vitre abscon-
ditur camera: nisi Thasius lapis, quandam rarum in
aliquo spectaculum templo, piscinas nostras circumde-
dit; in quas multa sudatione corpora exinanita demis-
simus: nisi aquam argentea epistomia fuderant. Et adhuc
plebejas fistulas loquor: quid cum ad balnea libertinorum
peruenero? Quantum colossarum est nihil sustinentium,
sed in ornatum positarum impensa causa? Quantum
aquarum per gradus cum frangere labentium? Eo delicia-
rum

DESCRIPTIONEM NOTE. 79

rums pervenimus, ut nisi gemmas calcare nolimus!

(110) *Millario*] *Millarium*, longitudinis mensura celeberrima, quod mille geometricis constet passibus, sic appellatum. S. Isidorus lib. 15. Orig. cap. 16. *Singula stadia centum viginti quinque passibus explicata, quorum octo milenos passus absolvunt.* Singula millaria octo Herculeis constasse stadiis, liquet ex Suida verbo *Milliarium*. Millaria, que vias metiebantur Italas, sumebant initium a columna aurea in foro Romano ab Augusto Cæsare posita, cum is viarum curator esset, dicta *Milliarium*, & *Millarium aureum*; de qua Dio lib. 54. Suetonius in Othonem cap. 6. Tacitus lib. 1. Histor. & Plinius lib. 3. cap. 5. Sed ab Aurea Columna, non autem a porta Urbis, initium sumisse millaria, popularem errorrem censet Lucas Holstenius de *Millario Aureo* pag. 388. post *Notationes*, & *Castigationes* in Stephanius Byzantinum de *Urbibus*. Prinus tamen Romanorum Gracchus extitit, qui Italice vias lapideis columnis, milliariorum præferentibus signa, metitus sit, ut scribit Plutarchus in vita Tiberii, & C. Gracchi. Quoniam vero apud veteres Romani Imperii populos viarum millaria lapides hujusmodi obfignabant, factum est, ut *Lapis pro Millario* a Latinis ponatur, ut videre licet apud Livium, Ovidium, Suetonium, Plinium, aliosque. De lapideis columnellis milliariorum indicibus Rutilius Numatianus in Itinerario:

Intervalla via fessis praestare videntur,

Qui notari inscriptus mittia multa lapis.

(111) *Receptacula aquarum*] Qui de Puteolanis, & circumponitis antiquorum ædificiis scribunt, passim laudant, & admirantur. Antonius in eam sententiam abit, ut credat, sublatæ Republica, ac vigente Imperio, suis se constructa ad Romanorum civium, & clastriariorum militum usum. Id vero si ita est, non ante Augustum Cæsarem sunt confecta. Is enim classem in sinu Miseno collocavit, testibus Tranquillo in Octavio cap. 49. & Tacito lib. 2. & 3. Histor. Johannes Elysius lib. de totius Campaniae Balneis pag. 22. *Sed & prope hoc maneret-*

8. IN LITORALIS CAMPANIAE

terrabilis, & mira magnitudinis crypta, qua totum Misenum montem cavare videtur; & propter sinuositates, & varios reflexus suos Traconaria dicitur. Hac stillantes desuper jugiter aquas recipit, & conservat. Est etiam Mirabilis Piscina Neronis quadraginta octo pilis innixa, qua currentes a Sarno flumine, quod quadraginta quinque millibus passuum distat, per fistulas & ductus recipiebat aquas. Julius Caesar Capacciус cap. 24. Puteol. Histor. Traconariam Piscinam, quam incolae vulgo nunc appellant La Grotta della Traconara, a Nerone incohata, & de illa loquutum Suetonium censem in eodem Imperatore cap. 21. Piscinam, quam Admirabilem vocant, Luculli opus sunt quidam arbitrati: Agrippae tribuit ipse Capaccius loc. cit. ut aquis classi consuleret. Consule Lofredum in lib. de Antiquit. Puteol.

(112) *Classiariorum militum*] Classiarii milites erant, qui navalibus militabant copiis, in quatuor distincti ordines & classes, ut notat Henricus Savilis de Militia Romana pag. 76. Latinæ editionis Heidelbergæ. Hinc Servio ad initium lib. 6. En. *Classis* dicta primo de navium multitudine, sive militia navalı, a Cala, a, id est, Lignum, vel Græco Κάλος, quod idem significat: in lib. 1. En. *Classis*, inquit, δέσμη εστι ἀνδρῶν πόλεων, id est, a lignis; unde & *Calones* dicuntur milites, qui ligna deportant, & παλαιπόδια. Secundario vero etiam de militia terrestri, & præsertim de Equestris. Sed Vossio rectius putatur, *Classis* vocem prima sua notations signare *Cætum convocatum* seu ad terrestrem, seu ad navalem pugnam: quam rem etiam probat ea *Classis* acceptio, qua sumitur pro partibus civium distributorum ratione census; nam omnis populus in certam classem calabatur, id est, vocabatur: unde fit *Classis*, quasi *Calassis*, a Calando, quod est ἀνδρῶν πόλεων, *Vocare*. Hinc *Classarius* est miles e *Classe*, quæ tutelæ causa disposita est in mari, fluxio, aut lacu. *Classiariorum viles semper*, & *vilium militia fuit*, teste Lipsio lib. 1. de Magnitudine Romana cap. 5. Militiae tamen adscribi viles homines, & e plebe tenuissimos pauperesque, recentius in libera Republica institutum fuit, frequen-

DESCRIPTIONEM NOTE. 87

quenti post ipsius casum in more positum. Id liquet ex A. Gellio lib. 16. No& Atticar. cap. 10. & docent Historici. Consule quæ de Clasiariis Militibus, eorumque ordine multiplici notat Fabrettus de Columna Trajani cap. 3. De Clasiariis nostris Suetonius in Vespasiano cap. 8. Clasiarios vero, qui ab Ostia, & Puteolis Romam pedibus per vices comitant, potentes constitui aliquid sibi calcearii nomine, quasi parum esset sine responso abegisse, iussit post bac excalceatos cursitare: & ex eo ita cursitare. Tacitus lib. 15. Primores clasiariorum Miseneussum labefacere, & conscientia illigare connixa est tali initio. Misenatum Clasiariorum partem, per eam oram divisam, Retina, seu Resina, ut nunc vocamus, manere consueuisse, constat ex Juniore Plinio lib. 6. Epist. 16.

(113) *Intagro adhuc tectorio*] Idest, collinitione ex calce, gypso, alijs tenacissimæ materiæ genere parietibus superinducta. Tectorii siquidem plures fuere species, earumque conficiendarum rationem tradit Vitruvius lib. 7. de Architectura cap. 3. Tanta vero apud antiquos Tectorii fuit crassitudo, atque durities, ut, eodem teste Vitruvio, e veteribus parietibus crustæ excidi in mensularum, & speculorum usum consueverint. De Tectorio, & Inorustante vide quæ adversus Accursium scribit vir eruditus Pius Antonius Bartholinus in Auctario cap. 73. in lib. ff. 7. Tit. de Usufruct. L. Usufructuarius. Joseph Castalio lib. Variar. Lection. cap. 51. quid sit Tectorium exposens, accurate Legem ipsam illustrat, Glossamque refellit.

(114) *Avernus lacus*] Campaniæ lacum Poëtarum Carminibus maxime celebrem, Virgilius lib. 6. Æneid. describit his versibus:

*Spelunca alta fuit, vastaque immanis biau,
Scrupea tuta lacu nigro, nemorumque tenebris,
Quam super band' ullæ poterant impune volantes
Tendere iter pennis: talis se se halitus atris
Faucibus effundens supera ad convexa ferebat:
Unde locum Graii dixerunt nomine Avernum.*

Lucretius lib. 6.

L

Prin-

88 IN LITORALIS CAMPANIÆ

*Principio, quod Averna vocantur, nomen id ab re
Impositum est; quia sunt avibus contraria cunctis.
Idem spectavit & Claudianus lib. 2. de Raptu Proserpinæ:
Tunc & pestiferi pacatum flumen Averni
Innoxia transfixis aves.*

Item memoratur a Livio lib. 5. Decad. 3. cap. 12. & 13.
Plinio lib. 3. cap. 5. L. Floro lib. 1. cap. 16. Fundo carere
creditus a veteribus: quare Vibius Sequester de Lacubus:
*Avernus immensa altitudinis, cujus imma pars deprehendi
non possebat. Et Lucanus lib. 2. Pharsal.*

*vel si convulso vertice Gaurus
Decidat in fundum penitus stagnantis Averni.*

(115) *Exhalabat quondam diram mephitim] Mephiti-
sis terre putor est, qui ex sulfureis nasci solet aquis, &
in nemoribus ob densitatem silvarum gravior est; quo-
niam infectus tetris halitibus aer non ita libere propulsa-
tur a ventis. Virgilii lib. 7. Æneid. 8..*

lucusque sub alta.

*Consulit Albunea, nemorum qua maxima sacro-
Fonte sonat, sicutaque exhalat opaca mephitim.
Persius Sat. 3. prope finem ad stomachi putorem. Mephiti-
sim detor sit:*

*Turgidus hic epulis, atque albo ventre lavatur,
Guttare sulfureas lente exhalante mephitem.*

*De Mephitis præcipuum librum vulgavit Leonardus
de Capua..*

(116) *Succis poœta] Idem testatur Strabo lib. 5. qui
silvam Averni ambientem lacum, ab Agrippa excisam
scribit.*

(117). *Piscibus affluebat] Avernum lacum piscibus
antiquitus. fuisse refertum. prodit Servius in Commen-
tario ad Virgilium. Longobardorum ætate Avernum pi-
scatura exercebatur, ut constat ex Capitulari Sicardi Prin-
cipis Capuani. Johannes Boccacius lib. de Lacubus per id
quoque temporis in Averno fuisse pisces commemorat,
nigros tamen, nec hominum mensis aptos.*

(118) *Pluvii cineris amarore ad unum vocati sunt]
Tito imperante, cum maximos Vesuvius exhalasset ignes,
&*

DESCRIPTIONEM NOTE. 89

& cum igne nubem ciperis. Hunc piscibus quoque noxiū fuisse, tradit Dio Cassius lib. 66. Scribit præterea Johannes Boccacius cit. lib. de Lacubus, Roberto Neapolitanorum Rege, quo cum morabatur, ingentem piscium multitudinem ad litus Averni lacus ejectam consperisse, qui nigri erant, & sulfur male olebant: quod, aliqua vi igniti sulfuris in lacum erumpente, iudicatum est accidisse.

(119) *Eruperunt Superioribus annis*] Hæc accidere anno Domini MDXXXVIII. III. Cal. Octobres, qui dies Archangelo Michaëli sacer est: de quo incendio, & miris ejusdem effectibus præcipios edidere tractatus Petrus Jacobus Toletanus, & Antonius de Falconibus, *Cathedralis Ecclesiae Neritinae Canonicus*, tum *Episcopus Geruntensis*, de quo Ferdinandus Ughellus *tomo IX. Italiss Sacrae*, in Catalogo Geruntinensium Antiquitatum n. 26. De Conflagratione Agri Puteolani librum scripsit & Simeon Portius. Vide præterea Ferdinandum Loffredum in libro de Antiquitatibus Puteolanis cap. 18. & Julium Cæsarem Capaeciūm in Antiquit. ejusdem Urbis cap. 19.

(120) *Averni accolæ fuerunt Cimmerii*] Pompeius Feckus de Verbor. Signif. Cimmerii dicuntur homines, qui frigoribus occupatas terras incolunt, quales fuerunt inter Bajas, & Cumas, in ea regione, in qua convallis satis eminenti iugo circumdata est; qua neque matutino, neque vespertino tempore sole contingit. Cimmerium oppidum juxta Avernū statuit etiam Plinius lib. 2. cap. 5. Silius Italicus lib. 12.

*Infernis proffas nebulis, pallente sub umbra,
Cimmerias jacuisse domos, noctemque profundans
Tartarea narrant urbis.* —

Sannazarus Ecl. 4. in Proteo:

*His veteres addit Cumas, loca cognita Phæbo,
Vatis & borrendæ lucos, Triviaque recessus,
Cimmeriumque domos, & opaca in vallibus antra:
De Campanis Cimmeriis latrocino addictis, eorumque
regione Plutoni sacra, Avernalibus sacrificiis Diis Mani-
bus oblatis, vaticiniis, & Inferorum oraculis, Ulyssis*

84. IN LITORALIS CAMPANIAE
ad ea loca accessu, quæ breviter Auctor noster hic indicat, Strabo lib. 5. Geogr.

(121) *Avernalia Plutonis sacra*] Quæ hic Avernalia Plutonis sacra exponit Antonius, populorum frequentiam, atque concursum ad hæc vota, & ad poscendas Inferorum sortes, Statius item designat lib. 5. Silv. immortuum patrem Epicedion pangens Carm. 3.

*Quosque Dicarchæ portus, Bajanaque mittunt
Litora, qua mediis alte permixtus ambelat
Ignis aquis, & operta domos incendia servant,
Sic ad Avernales scopulos, & opaca Sibyllæ
Antra rogaturæ veniebant undique gentes.*

(122) *Cimmerios, qui alio in orbe*] Cimmerios in Scythia populos, Maeotim regionem caligine, & nebulis temtam accolentes, comamemorat Strabo lib. 1. Geogr. De Cimmeriis assidua caligine pressis Homerus Odyss. 11. Cicero lib. 4. Academ. Quæst. & Ovidius lib. 11. Metam. fabul. 10. Ad ingentem, ac portentosam, ut ita loquar, locorum obscuritatem, aut animi caliginem indicandam, ab his Populis ortum habuit Adagium Cimmeria Tenebrae: de quo plura Adagior. Collector pag. 915. postremæ edit. Venetæ, & Philippus Beroaldus lib. Criticarum Adnotationum cap. 84.

(123) *Umbrarum fecit evocationem*] An, & quomodo id Dæmonum fallaciis fieri possit, late, & eruditte Martinus del Rio Disquisit. Magic. lib. 2. quæst. 15. & 16.

(124) *Bajo socio, unde Bajanus sinus*] Bajas ab Ulyssis socio Bajo traxisse nomen, ex aliorum sententia refert Strabo Geogr. lib. 5. Silius lib. 12.

*Primores adsunt Capua, & docet ille, repentes
Unde ferant nomen Baja, comitemque dedisse
Dulichia puppis flagno sua nomina, monstrat.*

(125) *Non ab urbe Bajis, quæ nulla fuit*] Quod hic scribit Antonius, nullam in eo tractu fuisse urbem Bajas, verissimum est, ridenturque merito a viris criticis, qui alter sentiunt. Scimus, Josephum Hebræum lib. 18. Historiar. cap. 9. de C. Cælare apud Bajas commorante agen-

agentem, eas oppidulum fuisse Campaniæ, quinque ferme stadiis a Puteolis distitum, enarrare: ap quam turpis auditor ipse laboret mendis in designandis locis Campaniæ, norunt viri docti. Ipsemet, de quo nunc agimus, locus difficultate non caret. Mirati vero sumus, Camillum Peregrinum, virum quidem eruditum, & gravem, & qui Josephi absurdas hac in parte ambages non ignoravit, ejusdem auctoritate apud interpretes deceptum, Discursu 2. cap. 16. Bajas nobilem portum, & parvam Campaniæ urbem afferuisse. In additione ad citatum caput pag. 757. idem Scriptor Dionis locum affert ex lib. 59. quo Bajæ urbs designatur. At & hunc Dionis locum non obscurum modo, & a re alienum, verum etiam mendum esse facile quisque perspiciet. Id vel ipsemet Peregrinus subodoratus est, & post Peregrinum Petrus Lasena de Antiquo Gymnasio Neapolitano cap. 3. pag. 37. & sequ. Graviori errore laborat Ludovicus Baudrant in Lexico Geogr. verbo *Baja*, quas ibi non modo oppidum, sed Episcopalem urbem appellat: *Et in ea, inquit, obiis Hadrianus Imperator.* Fuisse Episcopalem urbem Bajas, quæ nulla fuit, nihil fingi potest absurdius. Elius autem Spqrianus, qui Hadriani vitam scripsit, eum non in urbe Bajas, sed apud Bajas obiisse memorat; quod & que de villa, ac de Bajano sinu potest intelligi. Alter vir doctus Marcellus Donatus in Dilucid. ad cap. 16. Suetonii Tranquilli in Augusto: *Baja urbs, inquit, hodie penitus diruta est: conspicuntur tamen ruina quadam, & sereno tempore in fundo maris vestigia amplissima adificiorum, terræ moen dirutorum, & absorptoram maris exerecentiis. Nobilissimas, & pluses Romahorum, aliquamque in hoc sinu fuisse antiquas villas, constat ex Plinio, Suetonio, Seneca, Cicerone, & aliis.* Velle itaque urbem fingeret, ad quam ruinæ quedam referantur amplissimorum adificiorum, quæ in mari videntur, villasque dissimulare, collapsas tota illa ora, apertissimo veterum Scriptorum testimonio magnificas, atque frequentes, non est profecto rationem sequi, sed everttere.

(126) *Ob maximam piscium captiunem maxime rectigalis.*

86 IN LITORALIS CAMPANIE

galis] Piscium capturam, quae in Lucrino fiebat lacu, copioſiſtimam fuſſe prodiſt Strabo lib. 5. Cicero Orat. 2. in Rullum: *Hoc lege Tribunitia Decemviri vendent.* Accedet eo mons Gaurus: accedent Jalicā ad Ministras: adjungetur etiam illa via vendibilis Herculanæ, mūtarum deliciarum, & magna pecunia. At cur Herculanæ viæ nomine indicatus Lucrinus, notatione sequent clarius exponetur. Pompejus Festus de Verb. Signif. pag. 82. *Lacus Lucrinus in vediſtibus publicis primus locatur eruendus omnis boni gratia.* Consule Johannem Brodæum lib. 7. Mifcell. cap. 5. In tem ipsam extat inſignis Servii locus in Commentariis ad lib. 2. Georg. quem paullo post describemus. Praecclare autem & iu- genios Cattiodorus lib. 9. epift. 6. Deinde immifſum Averno ſtagnum mare, ubi ad voluptatem boniū vita gi- giuitur oſtreorum; induſtriaque mortalium fieri, ut res alibi foruita, ibi ſemper appareat copioſa. Quantis ibi molibus marini termini decenter invati ſunt! Dextra, lavaque greges pifeicum ludunt: clauduntur alibi induſtriosis parietibus copioſa delicia: captivi tenentur aqua- giles greges. Hic ubique ſub libertate vivaria ſunt.

(127) *A. C. Caſare objeſtis in mare molibus]* Hac Ser- vius Grammaticus in alterum Georg. librum enarrat: *In Baſano, inquit, ſtu Campania contra Puteolanam civitatem lacus ſunt duo Lucrinus, & Avernus: qui olim propter copiam pifcium vediſtalia magna praſtabant.* Sed cum mariſ impotus plerumque irrupeſt exinde pifces excluderet, & amtores gravia damna patentur, ſup- plicaverunt Senati. Et praefectus C. Julius Caſar duciſ brachiis excludit partem mariſ, qua antea iuſſoſ effe co- ſueverat; reliquaque breve ſparium per Avernum, qua & pifcium poſſet copia intrare, & fideſus non eſſent mor- teſi. Quod Opus julium dictum. Permanſit hoc modo opus uſque ad Octavii Auguſti ætatem: qui aperto Lucrini oſcio, ampliatoque ex Lucrino in Avernum aditu, Tyrrenum mare ad extreum uſque iphius litus duxit. Novis deni- que, ubi cunque oportebat, jactis adiſiorum molibus, tutiſſimum navibus portum efficit: de quo Horatius de Arte Poët.

five

DESCRIPTIONEM NOTE. 87

Terra Nopanum classes Aquilonibus arcet.

Virgilius lib. 2. Georgic. 161.

*An memorem portus? Lucrinoque addita claustra,
Atque indignatum magnis stridoribus aquor;
Julia qua posso longe sonat unda refuso;
Tyrrenusque fretis immittitur aetas Avernus?*

Et Suetonius in Augusto cap. 16. Portum Julium apud Baiae, insimmo in Lucrinum, & Avernum lacum mari, fecit. In quo cum bene tota copias exercuisse, Pompejus inter Mylas, & Namlocum superavit. Quam insigne ad fuerit opus, ex eo facile licet conjicere, quod Plinius lib. 36. cap. 15. inter mirabilia ab Romanis constructa sedilia recensuit. Antequam Octavius id aggrederetur, Tyrrheni maris undae a Lucrino lato aggere prohibebantur, nec e Lucrino in Avernū transibat aquor, sed parvo dumtaxat aditu utriusque lacus aquas interfluabant. Repaguli, quo mare secernebatur a primo lacu, auctorem faciunt Herculem, instauratorem vero Agrippam, ex lib. 5. Geographi. Strabonis; seu, ut alii malunt, ex Servio, C. Calearum. Quae via Lucrinum a mari per aggerem dividebat, a primo ipsius auctore Hercule Heraclion, sive Hercules dicta est, ut constat ex Diodoro Siculo lib. 4. Cicerone, Strabone cit. locis, & aliis. De hac Propertius lib. 3. Eleg. 16..

*Qua jacet & Troja tuberculis Misenus arena,
Et sonat Herculeo struxta labore via.*

(128) *Falso Portum Julium appellavit*] Si auctoris nomine spectamus in Julio, certum est, non C. Julium Caesarē, sed Octavianum Augustum opus fecisse, & id spūdam imperio, & opibus, non cura & industria. Ex cogitatione siquidem id ipsum M. Agrippam generum, Julius filiæ maritum, simulque perfecisse, narrat Dio lib. 48. Scriptores tamen demandant genero provinciam referentes ad imperantem, iure meritoque tribuerunt Augusto: quod fecit Virgilius, fecit Suetonius, fecerunt & alii. Dictus est autem is *Portus Julius*, non a C. Julio Caesarē, sed a familia Julia, ad quam fuerat Octavius adoptatus.

(129)

XL IN LITORALIS CAMPANIA

(129) *Vindex fuit novus mons*] De novo hoc monte scribunt Ferdinandus Loffredus in *Antiquitatibus Puteolanis* cap. 18. Antonius de Falconibus de *Incendio Puteolano*, Petrus Jacobus Toletanus in *Dialogo de Terremoto*, neque monte Puteolis ex incendio nato, Simeon Portius de *Conflagrations agri Puteolani*: hodie dicatur *M Monte nuovo.*

(130) *Ciceronis fuisse Academiam*] *Academia, Aduana, Spuria*, seu *A'zad'huna*, ut Stephanus lib. de *Urbibus* scripti, locus nemorosus erat, mille passibus ab Athenis distans, ab *Academo* heroë, qui *Minervæ*, & *Musis* eum consecraverat; ut placet Eupolidi, sive ab *Academo*; *Academia* liquide dicebatur antea, *Eacademia*. Vide *Plutarchi* in *Theseo*, & vita *Platonis*. Quod ibi versatus sit Plato, & Philosophiam magna studiorum frequentia professus sit, sectatores ejus inde *Academici* sunt appellati, ut ex citato Plutarcho, Laertio, & aliis pluribus discimus. De Puteolana Ciceronis *Academia*, quam ipse antea appellabat *Puteolanum suum*, postea *Academiam* (sicut & aliam villam, ad *Lucrinum lacum* in cœlihus *lucum*, *Cumanum suum*) *Plinius* lib. 31. cap. 2. haec habet: *Digna memoratu villa est ab Averno lacu Puteolos tendentibus, imposta litora, celebrata porticus, & nemore, quam vocabat M. Cicero Academiam, ab exemplo Athenarum, ibi compositis voluminibus ejusdem nominis, in qua & monumentum sibi instauraverat, cen vero non & in toto terrarum orbe fecisset. Hujus in parte prima, exiguo posse obitum ipsius, Antifio Vete poscente, peruperunt fontes calidi, per quam salubres oculis, celebrati carmine *Laurea Tullii*, qui fuit e libertis ejus, ut protinus noscamur etiam ministeriorum baustus ex illa maiestate ingens. Ponam enim ipsius carmen, dignum ubique, & non ibi tantum legi:*

*Quod tua, Romanae vindex clarissime lingua,
Silva loco melius surgere iussa viret:*

Atque Academiam celebratam nomine villam

Nunc reparat cultu sub posiore Vetus:

Hic etiam apparent lymphæ non ante reporta-

Lan-

DESCRIPTIONEM NOTÆ. 89

*Languida quæ infuso lumina rore levant.
Nimirum locus ipse sui Ciceronis honori
Hoc dedit, bac fontes cum patefecit ope;
Ut, quoniam totum legitur sine fine per orbem,
Sint plures, oculis quæ medeantur, aquæ.*

Hunc fontem laudat S. Isidorus lib. 13. Orig. cap. 13. antiquus Auctor de Balneis Puteolanis, quem quidam Alchadinum Poëtam Siculum fuisse credunt pag. 205. Johannes Elysius de totius Campaniae Balneis fol. 210. Johannes Baptista Scortia lib. 1. de Natura, & Incremento Nili cap. 6. Hæc ipsa Ciceronis villa est, quam juxta Neapolim possedisse, Plutarchus in vita scribit; & in qua Hadrianum Imperatorem fuisse sepultum, narrat Ælius Spartanus in ejus vita cap. ult.

(131) *Et Tusculanum Lyceo Aristotelico] Lyceum celeberrimi nominis gymnasium juxta Athenas fuit, ubi diu frequentissimos discipulos Aristoteles Philosophiam docuit, ex Plutarcho in vita. Ciceronis autem Lyceum in agro Tusculano, in quo clarissimæ Quæstiones Tusculanæ tractatae sunt, ipse M. Tullius lib. 1. de Divinat. sic describit: Nuper, cum essem cum Q. Fratre in Tusculano, disputatum est. Nam cum ambulandi causa in Lyceum venimus (id enim superiori gymnasio nomen est) perlegi (inquit ille) tuum paulo ante tertiam de Natura Deorum. De suis, Academia simul atque Lyceo, idem M. Tullius cecinit :*

*Inque Academia umbrifera, nitidoque Lyceo
Fuderunt claras secundi pectoris artes.*

(132) *A Samiis posita, Dicæarchia prius fuit] Ultrumque testantur Eusebius Cæsariensis ex versione S. Hieronymi in Chronico ad annum V. C. ccxxii. Olympiade Lxv. & Stephanus Byzantinus lib. de Urbibus. Pompeius Festus de Verb. Signif. Dicæarchia vocabatur, quæ nunc Puteoli : quæ ea civitas quondam justissime regebatur. Plinius lib. 3. cap. 5. Dein Puteoli colonia, Dicæarchia dicti . Nobilissimam urbem, de qua nos alibi omnes fere Greci, Latinique scriptores laudant. Vide Capaccium in Histor. Puteol.*

M

(133)

98 IN LITORALIS CAMPANIE

(133) *Romanis debinc colonis.] Pervetus Romano-*
rum colonia fuit civitas Puteoli, ut constat ex Livio De-
cad. 4. lib. 4. cap. 45. & Vellejo Patculo lib. 1. cap. 15.
Nero Imperator Augustus cognomentum addidit, ex Ta-
cito lib. 14. cap. 27. Mendum irrepsit in Frontini li-
*brum de Colonis, nam ubi scribitur: *Puteolos colo-**
niam Augustam Augustus deduxit, legendum, Nero Au-
gustus.

(134) *De parvis balnearum puteis Latinum impositum*
est nomen.] Festus de Verb. Signif. Puteolos dictos putant
ab aqua calida putore: quidam a multitudine puteorum
carundem aquarum gratia factorum.

(135) *Puteoli emporium erat.] Cicero lib. 5. ad Att.*
Epist. 2. Cum per emporium Puteolanum iter facerem.
Strabo lib. 5. maximum emporium Puteolos appellat. Vi-
de quæ notavimus paullo ante, & quæ post Puteolanum
rerum Scriptores, recensent Divinorum Librorum Inter-
pretes ad cap. 18. Act. Apost. veri. 13. Apostoli Pauli
ad eandem urbem maritimo itinere illustrantes accessum.

(136) *In via, quæ adhuc Campana vocatur.] M. Lu-*
cius Faunus lib. 1. Antiquitat. Romanar. cap. 14. viam,
quæ Roma ex Lateranensi porta ad hæc loca ducebat,
Campanam dictam prodit, quod in Campaniam ferret.
Suetonius in Augusto cap. 94. Ad quartum lapidem Cam-
pana via in nemore prædenti ex improviso aquila pa-
nem ei e manu rapuit. Apud J. Gruterum pag. 611.
n. 13. lapis extat cum antiqua inscriptione:

HUIC MONUMENTO.
 ITER. ADITUS. DEBETUR
 A VIA. CAMPANA

Eadem erat via Campana, quæ Consularis. Illam Plinius
 laudans, atque designans lib. 18. cap. 11. Finiuntur in-
 quirit, Laboria via ab utroque latere Consulari, quæ a Pu-
 teolis, & quæ a Cumis Capuam dicit. Viam ipsam il-
 lustrat Peregrinus Discurs. 2. cap. 11.

(137)

DESCRIPTIONEM NOTE. 91

(137) Reticulataeque strudara se offerant] Vitruvius lib. 2. cap. 8. Structurarum genera sunt hac : Reticulatum, quo nunc omnes utuntur, & Antiquum, quod Incertum dicitur : ex his vetustius est Reticulatum.

(138) Puteolanorum amphitheatrum] De Puteolano Amphitheatro Ferdinandus Loffredus cap. 3. Capaccius in Historia Puteonis & Mazzella in lib. de Situ, & Antiquitate ejusdem urbis.

(139) Dadalois relinquentes ingenii] Dædalus Atheniensis, Architectus ingenio & arte longe clarissimus, labyrinthi in Creta auctor: de quo Diodorus Siculus lib. 18. Histor. Virgilii lib. 6. Æneid. Propertius lib. 2. Eleg. 15. Ovidius lib. 8. Metamorph. Inter alia præclarata opera, quibus de humano genere meritus est, materialiam quoque fabricam invenisse dicitur a Plinio lib. 7. cap. 56. Late ejusdem vita ad illuat Natalis Comes lib. 7. Mythol. cap. 16. Quoniam vero Dædalus præstantissimo claruit ingenio, atque mirifica struxisse opera narratur; quotiescumque ingeniosum, ac mirificum quidpiam factum laudandum esset, Opus Dædalum, vel Dædalum dixerunt veteres. Eadem ratione præstantem ingenio hominem, Dadalum aliquando appellarunt. Virgilii lib. 4. Georg. 178. de Apibus loquens :

— grandavis oppida cura,
Et munire favos, & Dædala fingere tecla.

Annæus Seneca in Hippolyto Act. 1. Sc. 2.

— quis meas misera Deus,

Aut quis jucare Dædalus flammas queat?

Appulejus lib. 2. Floridorum: Quis cum non laudavit hominem, tam numero arte multiscium? tam iugis scientia magnificum? tot utensilium peritia Dadalum. Lucretius lib. 1. id nomen terræ attribuit, quæ ingenioso, ut ita loquar, ac mirifico conatu tot varios, pulchrosque flores emittit. Et lib. 5. ipsammet rerum Naturam Dædalum dixit. Proverbium Dædali opera eruditæ exponitur a Collectore Adagiorum col. 786. & sequ. Plura ad rem nostram vir eruditissimus Franciscus Mendoza lib. 8. Saturnal. cap. 1. Decad. 10. a num. 209. ad 215.

92 IN LITORALIS CAMPANIA

(140) In Amsancti Hirpinorum valle] In Hirpinorum regione Amsancti lacus est sulfureis scatens aquis, nec minus hominibus, quam cæteris animalibus fœtore noxiis. Cicero lib. 1. de Divin. Quid enim? non videmus quam sint varia terrarum genera, ex quibus & mortifera quadam pars est, ut est Amsancti in Hirpinis, & in Asia Plutonia, &c. Plinius lib. 2. cap. 93. In Sinuesano agro, & Puteolano sunt qua spiracula vocant, alii Charoneas scrobes, mortiferum spiritum exhalantes. Item in Hirpinis Amsancti locus, &c. Veteres inferorum spiraculum esse commenti sunt, pestiferisque halitus ex Stygia haustisse palude. Vibius Sequester lib. de Prodigis, Lucaniæ fontem ab inferis erumpentem dixit. Nec aliam Virgilius sequutus sententiam in lib. 7. Æneid. cecinit 53.

*Est locus Italia in medio, sub montibus altis,
Nobilis, & fama multis memoratus in oris,
Amsancti valles: densis hunc frondibus atrum
Urget utrinque latus nemoris, medioque fragosus.
Dat sonitum saxis, & torto vortice torrens.
Hic specus horrendum, & savi spiracula Ditis.
Monstratur: ruptoque ingens Acheronte vorago
Pestiferas aperit fauces: queis condita Erinnys,
Invisum nubes, terras, cælumque levabat.*

Claudianus lib. 2. de Raptu Proserpinæ:

flatumque repressit

Amsanctus: tacuit fixo torrente vorago.

Errat autem Vibius Amsanctum Lucanis adscribens. Fallitur & Virgilius locum ipsum in Italiae medio, ac sub montibus constituens. Consule Cluverium lib. 4. Antiquæ Ital. cap. 8. Non leviore fortassis mendi genere laborat Servius, qui ad recensitum Poëta locum, *Amsanctum*, omni parte *sandrum* interpretari voluit. Proprius vero illos putamus accedere, qui *Amsanctum*, quasi *Annum sandrum* dictum malunt. Franciscus Floridus Sabinus Lection. subseciv. lib. 2. cap. 18. contendit, Poëtam de Reatino agro fuisse loquutum: quem ex Varone scribit Plinius lib. 3. cap. 12. *Umbilicum esse Italia;* ibique *Capilia lacum existere; in quo fluit insula.* Descri-

DESCRIPTIONEM NOTÆ. 93

scriptum Virgilii locum ad Reatinum agrum pari ratione detorquet Paullus Manutius lib. 1. de Quæstis per Epistolam, Sabinorum regionem illustrans, Quæst. 1. ad M. Antonium Amulum Cardinalem amplissimum. At levibus conjecturis utrumque virum doctissimum inhæsse, facile quisque noscet. Etenim nec Virgilius Geometricæ intitens mensuræ, Italæ medium appellavit Hirpinos, sed poëtico, latoque dicendi genere usus est. Nec quæ de Naris fluvii, ac Velini lacus aquis Floridus aggerat, tanti sunt, ut a tot veterum, graviumque Scriptorum sententia recedamus, quum nullo antiquo teste, sed fallacibus dumtaxat rationibus inniti possimus.

(141) *Vulcanum Forum*] Describitur a Strabone lib. 5. circumquaque inclusum ignitis superciliis, quæ passim tanquam e caminis incendia emittunt magno cum fremitu. Hic Petronius Arbitr̃ in Satyrico cap. 80. fezalem Plutonis sedem constituit:

*Est locus exciso penitus demersus biatum,
Partenopen inter, magnaque Dicarbidos arua,
Coccyta perfusus aqua: nam spiritus extra
Qui furit effusus, funesto spargitur astu.
Non hac autumno tellus viret, aut alit herbas
Gospite latus ager: non verno persona cantu
Mollia discordi strepitu virgulta loquuntur:
Sed chaos, & nigro squalentia pumice saxa
Gaudent ferali circum tumulata cupressu.
Has inter sedes Ditis pater extulit ora,
Bauorum flammis, & cana sparsa favilla.*

Jovianus Pontanus lib. Meteororum, de calidis fontibus loquens:

*Bajano sed ne fumare in litore thermas
Mirere: aut liquidis fluitare incendia venis:
Kulcani Fora sulfureis incensa caminis,
Ipsa movent late multum tellure sub ima
Debacchari ignem, camposque exurere apertos.*

(142) *Sulfurea conflaneur pororia vascula*] Sulfur Campanum laudatur a Plinio lib. 35. cap. 15. ubi multa de Sulfuris utilitatibus, & medicis effectibus. De Sul-

94 IN LITORALIS CAMPANIAE

furēis vasis Puteolanis in precio habitis Julius Cæsar Caius paccius in lib. de Antiquitat. Puteolanis cap. 12. Cur autem lienolis id vasculorum genus magnopere profit, ea est ratio a Medicis, aliisque laudata: *Quia Sulfur est terra pinguedo, quam ipsa vis caloris expressit, quæ in monte Puteolano maxima cernitur: & lienosis prodest, quorum morbus est, quoties plus excrementi in liensem divertit, quam calor ejus visceris possit confidere: ut tradit Aristoteles lib. 2. de Partibus Animal. At non lienosis tantum, sed & aliis morbis memorata vasa medica menta esse docent Medici. Ludovicus Mercatus lib. 1. de Internor. morb. curatione cap. 19. de lœsis memoria pag. 108. In vasis, inquit, sulfure cooperatis, politis, & verecatis aquam, aut viuum bibant laborantes; vel quo diu ibidem adservata potio fuerit.*

(143) *Leucogæi aluminosi colles*] Pluribus in locis suarum historiarum horum collium meminit Plinius, & quæ Auctor noster scribit, suo calculo comprobat. Lib. 18. cap. 11. de Alaea differens: *Pœsea (mirum dictu) admiscetur creta, quæ transfit in corpus, coloremque, & teneritatem affert. Invenitur hac inter Puteolos & Neapolim, in colle Leucogæo appellato. Lib. 31. cap. 2. Leucogæi fontes, inter Puteolos & Neapolim, oculis, & vulneribus medentur. Et lib. 35. cap. 15. In Italia quoque (sulfur) invenitur, in Neapolitano Campanoque agro, collibus qui vocantur Lencogæi. Ibi e cuniculis effossum perficitur igni.*

(144) *Subjacet parvus lacus &c. Est in proximo terra spiraculum &c.*] Georgius Agricola lib. 4. de Natura eorum quæ effluunt ex terra: *Cum iter medium a Puteolis Neapolim conficitur, in eo exiguae fluxus est sinistrosum ad paludem Agnani, cuius parti conversæ ad meridiem mons continuus est, in quo spelunca angusta, & humidis clementer deorsum vergit.... Tam vero lethales expirationes emitit, vel potius conclusas habet, ut genus animantium omne in se demissum, si dies permanserit intus, exanimetur: si statim rursum exsurgum fuerit, ita sensu motuque privatur, ut videntur*

mor-

DESCRIPTIONEM NOTE. 95

*mortuum. Quod tamen confessim vicina paludi immoraturum, brevi recreatum ad se se redit, & quasi reviviscit. Ejus rei multi periculum faciunt in gallenis, canibus, felibus, plures in ranis. Hanc specum recentiores appellant *La Grotta del Cane*. Vide Pompejum Sarnellum, doctissimum Vigilensem Episcopum, in opere, cui titulus *La Guida de Forastieri* cap. 3.*

(145) *Podagricis auxiliantur*] Plinius lib. 26. cap. 10.
Podagra morbus rarer solebat esse, non modo patrum avorumque memoria, verum etiam nostra, peregrinus & ipse. Nam si Italia fuisset antiquitus, Latinum nomen invenisset. Insanabilis non est credendus: quippe quoniam & in multis sponte defit, & in pluribus cura. Ovidius tamen lib. 1. de Ponto Eleg. 4. contra sepr. tit:

*Tollere nodosam neficit medicina podagram,
 Nec formidatis auxiliatur aquis.*

At tollere inquit: consulto Scriptor noster auxiliantur expressit. Certe aquas in Campania fuisse, quæ Podagra laborantibus prodeffent, constat ex Dione Cassio lib. 66. ubi de Narciso Claudi liberto sermo est. Consule auctores medicos, qui de Campania Balneis scripserunt, & Podagra. Antonius Galateus, Philosophus & Medicus prætantissimus, tres de leniendo dolore Podagræ libros scripsit ad Gabrielem Alcilium Pollicastrensem Episcopum, politioribus literis & poëtica facultate clarum. Id opus Paullus Jovius in libro de Viris literis illustribus potissimum commendat: autographum vero spectavimus apud eruditissimum, magnæque expectationis juvenem Petrum Pollidorum Frentanum.

(146) *Pausilypus mons & promontorium, qui Graece voce &c.] Antiquus auctor anonymus, qui de Puteolanis Balneis librum scripsit, Falernum montem Pausilypum credit; Puteolanum etenim finum inter Misenum & Falernum montem constituit. Ac Plinius quidem lib. 9. cap. 53. non monti & promontorio, sed Dedi Pollionis dumtaxat villæ (de qua nos infra in Notatione 151.) Pausilypi nomen attribuit: Pausilypum villa est Cam-*

26 IN LITORALIS CAMPANIAE

Campania hanc procul Neapoli, &c. Sic etiam Dio lib. 54.
Ο Οὐνδος Πωλεις ἀπελεύθερος, τῷ Αὐγούστῳ τῇ πλήρᾳ οὐρανῷ
μέρος, όπου Παυσίλιπος τὸ χωρίον, τὸ μεταξύ τῆς της Νίκαιας πόλεως καὶ
τῶν Πετρώλων δὲ, κατελεῖται. Id est: *Vedius Pollio mortuus*
. est, cum legasset Augusto magnam hereditatis partem, &
Pausilypum, villam, Neapolim Puteolosque inter sitam.
Nec defunt auctores, qui *Leucogaeum Collem* ipsimet Plini-
nio lib. 18. cap. 11. *Pausilypum* fuisse crediderint. At
quomodounque se res habeat, certum est, totum illum
montem, qui inter Puteolanum sinum, ac Neapolitanum
cratera ad mare vergit, multis saltē ab hinc seculis ap-
pellari *Pausilypum*. Nomen sibi a Graeca lingua mutua-
tus est ab amoenitate loci, quæ λύτρη τάνι, animi mero-
rem sedat. Sic quippe *εὐστόλος* εὔστολος vocatur cuidam
Poëta apud Athenæum lib. 2. id est, merois sedatrix
vitæ. Fuit antiquitus præcipuus montis Pausiliyi Pro-
curator: vetus Inscriptio Romana apud Thomam Rei-
nesium fol. 568. num. 48.

D. M

M. ULPPIUS AUG. LIB
EUPHRATES
QUI. PROCURAVIT. PAUSILIPPO
FECIT. SIBI. ET. SUIS. ET
LIBERTIS. LIBERTABUSQUE
POSTERISQUE. EORUM

Ad quam laudatus Reinesius in Syntagmate Inscriptione
num antiquarum Classe IX. hæc notat: *Pausilypus*,
collis Campania inter Puteolos & Neapolim sedecim Ba-
diorum spatium longus, latus mille pedes, villis instru-
ctus, vini, frumenti, fructuum omnigenoris feracissi-
mus; ad hæc, crypta admirabili celebris, non potuit
esse fine administratore: is Procurator Pausilypo, uti illa
in 2. cccxci. Augusti pariter libertus Procurator For-
mis, Fundis, Cajetæ, & Laurento ad Elephanton: &
alter Aetor Fundi. in 65. Clas. xi. Pausiliyi pars Mergel-
line habetur, & ipsa loci amoenitate, atque Aetii Sm-
ceri.

DESCRIPTIONEM NOTE. 97

ceri Saenazarii, Poëte clarissimi, villa illusris: quae
se sape numero idem Vates suis carminibus memorat.

Lib. 2. de Fonte Mergellina Epig. 37.

Unicus nostris scatet ille ripis,

Montis immenso fitiente trach,

*Vitifer qua Pausilypus vadofum ex-
currit in aquor.*

Ecloga 2.

Ostrea Miseni pendentibus eruta faxis

Mille tibi misi: totidem sub gurgite vaflo

Pausilypus, totidem vitreis Euplaca sub undis

Servat adhuc: plures Nefis tibi servat ecbinos.

Et in fine lib. 3. de Partu Virginis:

Hactenus, o Superi, Partus tentasse verendos

Sit satis: optatam poscit me dulcis ad umbram

Pausilypus: poscunt Neptunia litora, & udi

Tritones

Fabius Chisius, Neritinus Episcopus, postea Alexandri
VII. nomine Summus renunciatus Pontifex, in libro
Musarum Juvenilium, Carmine XXXIX. Neapolim
commendans:

Non hic Pausilypus collis, non Mergellina,

Non cineres vatum, Graca non osia gentis,

Deliciæ juvant.

(147) Liberum Campania, Picentinorum, maris, &
insularum prospectum] Pausilypus mons, si quis alius pro-
spectu gaudet locorum late patenti, vario, & jucundissi-
mo, adspicit Campaniam, imo si quid amoenius, si quid
delicatus Campanie datum est a Natura, quæcumque
scilicet oppida, vici, villæque a Miseno ad Athenæum
promontorium perpetua veluti corona Neapolitanum
Cratera cingunt, & exornant, ut unius urbis faciem
præbeant, ut loquitur Strabo lib. 5. Αἱ μετὰ συνηθεῖς
τοι, μῆνες εἴτε παρίχορται. Itaque ob Oriente pro-
spicit Neapolim, subiectosque vicos bicipiti Vesuvio,
elegantissimis villis & ædificiis adornatos, vulgo Ter-
ducium, Barnam, Leucopetram, Porticum, Retinam,
Herculanum, Opulentos, & Pompeios. Præterea urbes

N

ex

68 IN LITORALIS CAMPANIA

ex Picentinorum regione, ad Meridiem proprius, in intimo Crateris recessu Stabias, Vicum Aequensem, Surrentum, & Massam Lubrensem in extremo excursu Surrentini promontorii, sive Minervæ, sive Sirenum, a templo Minervæ, & Sirenum, quarum ibi sedes, unde insula Sirenum in sinu Paestano, quæ occurunt ubi promontorium circumflexeris, ex Strabone lib. 5. de quibus Virg. lib. 5. En. 864.

*Jamque adeo scopulos Sirenum advecta subibat,
Difficiles quondam, multorumque ossibus albos.*

Ad Occidentem adspicit Leucogæos colles, Puteolos, Bajas, & Misenum. Subjectum habet mare vadosum, optimis abundans piscibus, omnique deliciarum generis, qua parte præsertim alluit sinistrum promontorii latus & adficiorum frequentia & elegantia celebratum, eique adjacentem oram Olympiam. Et in ipso mari ejus amoenitatem augent objacentes insulæ: hinc Megaris sive Megalia, quæ nunc munitissimam arcem sustinet, vulgo *Castel dell' Ovo*; unde & Castrum Lucullanum dicta, quia inter delicias Luculli, & objecta jacet Lucullano sive Egle sive Echiae, proximo nimborum colli, qui nunc *Pizzo falcone*: illinc contra Caprea, Capri, proprius Euploea, La Gajala, Eutola, cui a felici navigatione nomen impositum; nam naves Alexandrinæ Puteolos petentes, ea conspecta veluti fausto omne, felici se navigatione usas, summe lætabantur. Statius lib.

2. Silv. Carm. 2.

Inde vagis omen felix Euploea carinis.

Seu fortasse quia ibi marinum Numen Venus Euploæ coleretur, ut ostendunt aliquot ruinæ templi. Unde idem Statius ibid. lib. 2. Carm. 1.

Et placidus Limon, Numenque Euploea carinis.

Et quidem Euploæ Veneris ædem mari proximam Gnidios fuisse veneratos, scribit Pausanias in Atticis. Inde Puteolos versus, Nesis, Niſta, eique proxima Limon, ~~et~~ conjicit Cluverius ex allato versu Statii, fortasse, cum alterius insula nullum sit vestigium, quæ nunc dicitur *il Purgatorio*; ubi scilicet ab externis oris appellantibus, ja-

ctis

DESCRIPTIONEM NOTE. 99

dis anchoris in proximo portu Nesiidis , suspicionem contagionis , si quam forte advecent , aliquandiu subsilentes , diluunt . Prochyta denique , Procida , post Milenum promontorium , angusto freco a continenti discreta ; & Enaria , quæ etiam Pithecusa sive Pitheciæ dicitur , & Inarime præsertim Poëtis , Ischia . Antonius Galateus in Opusculo de Villa Laurentii Vallæ ad Sannazarium : Apud Nicetas suos , mi Acci , hoc est , ad ripas Jonii : Acrocerunios montes , æmula cælo juga , prospicio . At tu felix ! binc Vesuvium , binc Hermum , illinc Capreas , illinc Athonaum , & illum Cratera , ocellum serrarum . Ab Mergelline ! Ab Pausilypon ! O ubi est ille pescator , qui mibi canat per amanos scopulos docta illa quæ nuper ipse fecit carmina ! Occidentalem , ac Septentrionalem prospeatum Pausilypi desribit Sannazarius lib. 2. Eleg. 7. ab Iulium Majum Preceptorem :

*Cum tibi Bajana spectantur ab aquore Nympha ,
Stagnaque vicinis hospita litoribus :
Qua vetus Herculeos perduxit semita tauros ,
Longus excluso concita claustra mari :
Quaque jacet Baulos inter lucumque Sibyllæ ,
Et Prochyta reclum per juga tendit iter .*

(148) Beator sumen in citrais] Sannazarius Fridericuum II. Aragoneum , quondam Neapolitanorum Regem , sequutus in Gallias lib. 1. Epigram. in Hymno ad Divum Nazarium , patrii agri avens fructus :

*— o qui Pausilypi virentes
Det mibi citros !*

Cum posterorum incuria in eodem monte desissent , ac olim cum clarissimo , & amicissimo Viro D. Januario Maza , Patricio Salernitano , genere & comitate speßando , de ipsis loci Citreornis præstantia , utriusque Scriptoris testimonio , loqueremur ; in ea , quam in Pausilypo passidet , villa novo studio Citros plantari curavit : quæ felices crescentes in arbores , fructusque edentes magnitudine , & odore præstantes , re ipsa Auctoris nostri assertum verissimum comprobarunt .

(149) Cibarisque uvis apiana , & dñr aciū

N 2



140 IN LITORALIS CAMPANÆ

næ uvæ nomen indidere apes, quæ illius avidæ sunt, teste Plinio lib. 14. cap. 2. nec a Plinio dissentit Columella lib. 3. cap. 2. nobis est *Uva Muscatolla*, a muscarum tellis, quibus impetratur. De Duracina idem Plinius lib. cit. cap. 1. *Uva non aliubi gravior callo, ut inde possit invenisse nomen Duracina*: hoc est, carne seu corpore ad morsum paulo solidiore ac duriore prædicta: unde, ex animadversione Harduini ad hunc locum, pro *Duracina*, in omnibus MSS. legitur, *Durus acinus*: nostris tibus est *Uva Duraca*. Augustus Cæsar in Epistola apud Suetonium cap. 76. *Dum lectica ex regia domum redeo, panis unciam cum paucis acinis uva duracina comedimus*. Martialis lib. 12. Epigr. 19. *uvam ipsam sic loquentem exhibet*:

Non habilis cynthis, & inutilis uva Lyao,

Sed non potanti me tibi nectar ero.

(150) *Loci hujus cum amanitatem, tum salubritatem*] Antiquus auctor anonymus de Balneis Campanæ, quem Franciscus Aretinus publici juris fecit, dicavitque Pio II. Summo Pontifici, *Pausilypum-pulcherrimum montem* appellat. Eust. Baudrand Tom. 2. Lexici Geogr. *amanissimum & cultissimum* dixit.

(151) *Sumtuoso villa cultu*] *Villam*, quod a villico in eam convehantur fructus, & evehantur quum venient, dictam prodit Varro lib. 1. de R. R. cap. 2. Columella tripartito Villam distribuit, partem unam *Urbanam*, *Ruficam* alteram, tertiam *Fraguarium* nominat. Inter tot illustrium virorum villas, regio prope modum opere ac sumtu in Pausilypo monte constructas, non ultimum locum obtinuit ea *Vedii Pottionis*, cuius plures Scriptores veteres meminerunt. Plinius lib. 9. Histor. Natural. cap. 53. Qui, inquit, *piscium memorandus nuper exemplum accepimus*. *Pausilypum-villa est Campania* *Naud procul Neapoli: in ea in Casaris piscinis a Pollio Vedio conjectum piscem sexagesimum post annum expirasse*, scribit *Annaus Seneca*: duobus aliis aequalibus ex eadem genere etiam tunc viventibus. In hac villa nobilissima ac magnifica *Murenarum vivaria extruxerat* *Vedi*us,

dius, quas inaudito etudelicatis exemplo humanis etiam pascebat carnibus & sanguine. Auctor ipse cit. Histor. lib. cap. 23. de Muræna differens: *Invenit in hoc animali documenta saevitia Vedius Pollio Eques Romanus ex amicis Divi Augusti, vivariis earum immergens damnata mantispia, non tanquam ad hoc feris terrarum non sufficientibus, sed quia in alio genere totum pariter hominem distracti, spectari non poterat.* Laudatus a Plinio Seneca pluribus in locis, ipsius villa Murenarum vivaria, tantæ saevitiae feralia theatra, cum vituperatione commemorat. Lib. 3. de Ira cap. 40. *Divus Augustus quum canaret apud Vedium Pollionem, fregerat unus ex servis ejus crystallinum: rapi eum Vedius iussit, nec vulgari quidem peritum morte: maranis objici jubebatur, quas ingens piscina continebat.* Quis non hoc illum putaret luxuriæ causa facere? saevitia erat. Evagitus e manibus puer, & confugit ad Cæsaris pedes, nihil aliud petiturus, quana ut aliter periret, nec esca fieret. Motus est novitate crudelitatis Cæsar, & illum quidem mitti; crystallina autem omnia coram se frangi iussit, compleisque piscinam. Et lib. 1. de Clementia cap. 18. *Quis non Vedium Pollionem pejus oderat, quam servi ejus, quod muranas sanguine humano saginabat, & eos qui se aliquid offendebant, in vivarium quid aliud quam serpentum objici jubebar?* O hominem mille mortibus dignum, siue devorandos servos objiciebat maranis, quas oscuris erat, siue in hoc tantum illas atebat, ut sic alteret! De immani Vedii Pollionis saevitia idem scribit Dio-Cassius lib. 54. Hanc ipsam, quæ olim Vedii fuerat, villam modo possidet laudatus D. Januarius Maza: visuntur hodieque in illa perpetuista Pollionis vivaria. In subjecto vero matris sinu spinis carentes Murenaræ nascuntur: quæ res certis alibi quoque natis piscibus contigisse narrat Plinius. Is de Siliro scribens lib. 9. cap. 15. *Et in Borystheno memoratur præcipua magnitudo, nullis ossibus spinis interstitiis, carne prædulci.*

(152) *Ferro milliaria crypra fuit aperta*] Mirandum hoc opus nonnulli tribuunt Basso, alii L. Lucullo: *M.* tamen

tamen Cocceium ejusdem auctorem differe, gravior atque probatior eruditorum virorum sententia est, testimonia fulta Strabonis, qui Tiberio imperante floruit: quamquam scriptoris locus in lib. 5. Geogr. non omnino integer putetur a Criticis, qui *Bajarum* nomen post *Puteolos*, glossema esse censent librariorum inscritia additum. At neque de re ipsa par omnibus judicium est. Ejus Crypta longitudo ad integrum milliarium non extenditur, imo nec integra quidem quinque stadia compleat, teste Julio Cæsare Capaccio de Puteolanis Antiquitatibus cap. 21. Strabonis etate eam preseferebat latitudinem, qua exusta jumenta ad verlo itinere gradientia commode admitteret: illustrabantque aditum superne per fenestras immissa lumina. Annæ vero Senecæ tempore, ignota nobis ex causa obstructis speculis, obscurissimum per Cryptam erat iter; narrat siquidem Epist. 57. ad Lucilium: *Cum Baijs deberem Neapolim repetere, facile credidi tempestatem esse, ne iterum navem experirer. Sed tantum lusi tota via fuit, ut possem videri nihilominus navigasse.* Totum Athetarum fatum mihi illo die perpetiendum fuit. A ceromate nos baphe exceptit in crypta Neapolitana. Nihil illo carcere longius, nihil illis faucibus obscurius, qua nobis prastant, non ut per tenebras videamus, sed ut ipsas. Caterum etiamsi locus haberet lumen, pulvis asperret. In aperto quoque res gravis & molesta. Quid illic, ubi inter se voluntatur, & cum sine ullo spiramento sit inclusus, in ipsis a quibus incitatus est, recidit? Hæc fortasse causa fuit, cur viatores non nisi inclinari Neapolitanam Cryptam transire consueverint, ut auctor est Petronius Arbiter in Fragmentis. Posteriori ævo Neapolitanorum Reges opus ipsum magnificenter atque splendidius reddidere. Alfonsus I. Aragonius altiorem Cryptam effecit. Carolus V. ampliavit, teste Johanne Antonio Summontio in Histor. Regni Neapolis tom. 3. lib. 5. cap. 1. & tom. 4. lib. 9. cap. 1. Quadrato idem Princeps lapide stravit, ut notat Lucas Waddingus in Commentariis ad vitam & res gestas R. Jacobi Piceni, a Johanne Baptista Petruccio, Tarentinorum

DESCRIPTIONEM NOTE. - 107
sum Archiepiscopo, Carmine Heroico olim conscripta,
lib. 5. notat. 14. pag. 107.

(153) *Maris euripi*] Canales, scilicet, & aquarum ductus, qui paullo minutiore sunt: qui si quidem erant majusculi, ab antiquis Scriptoribus appellabantur *Nili*. Cicero lib. 2. de Legg. *Ductus aquarum, quos isti nilos, euriposque vocant, quis quum viderit, non irriferit?*

(154) *Intra vivaria refrigerabant pisces*] Vivaria septa quedam erant loca, in quibus viventes animantes alebantur feræ, aves, pisces. Ad rem nostram Horatius lib. 2. Sat. 5.

Plures adnabunt thymi, & cotaria crescent.
i.e. vivaria & piscinae, ubi pisces pregrandes aluntur. Diversa piscium vivaria, eorumque auctores designat Plinius lib. 9. cap. 54. 55. & 56. *Quam late autem Vivarium nomen pateat, liquet ex A. Gellio lib. 2. Noct. Attic. cap. 20. & Cornelio Wittel in Animadversionibus criticis ad Georgium Merulam cap. 15.*

(155) *De qua gaza profusa Xerxes togatus*] Plinius lib. 9. cap. 54. *Hortensius Lucullus, exciso etiam monte juxta Neapolim, majore impendio quam villam adificaverat, euripum & maria admisit. Quia de causa Magnus Pompeius Xerxes togatum cum appellabat.*

(156) *Chalcidenses habuit conditores*] Scribit hoc Plinius lib. 7. cap. 9. *conprobant Scrabo lib. 5. & Velleius lib. 1. eadem mens est nostro Neapolitano Poëtæ Static lib. 4. Silv. Carm. 4. ubi Napolis licet Chalcidica dixit. Nobilissima urbis antiqua, & secentipra decora recente fere, exponunt, vel illustrant, vario pro re sibi propofita studio, Bartholomaeus Chiocharellus lib. de Episcopis & Archiepiscopis, M. Antonius Surgens in Neapoli illustrata, Antonius Caracciodus lib. de Sacris Neapolitanæ Ecclesiæ Monumentis, Camillus Peregrinus disc. 2. cap. 21. disc. 4. cap. 15. Apparatus ad Antiquitates Capuz sive de Campania Felici, Petrus Læfena de Antiquo Gymnasio Neapolitano, Johannes Tarcagnotta de Situ, & Laudibus Neapolis, Julius Caesar Caracciulus de Engenio in Neapoli Sacra, Franciscus de Magiltris de Statu rerum*

IN LITORALIS CAMPANIE

rum memorabilium ejusdem urbis, Julius Cæsar Capaccius in lib. cui titulus *Il Forastiero*, Joseph Mormilis de Neapolitano Districtu, Carolus Celanus in Notitiis ejusdem Civitatis, Pompeius Sarnellus Vigiliensis Episcopus in libro inscripto *Guida de' Forastieri*: Et qui Neapolitanas Historias scripsere, Johannes Villanus, laudatus Julius Cæsar Capaccius, Pandulphus Colenutius cum Additionibus, & Notis Thomæ Coxi, Mambrini Rosei, & Tarcagnotta, Franciscus Capycius Latro, Angelus de Constantio, Johannes Antonius Summontius, Franciscus de Petris, Nicolaus Parthenius Giannettasius, Thomas de Rosa celeberrimus, Johannes Ciampinus de Sacris Aedificiis a Constantino Magno constructis cap. 20. innumerique fere alii.

(157) *Cum a Chalcidenibus fuerint propagati Cumani*] Livius lib. 8. cap. 19. Palapolis fuit haud procul inde ubi nunc Neapolis sita est: duabus urbibus populus idem habitabat. Cumis erant oriundi. Cumani a Chalcide Euboica originem trahunt. Classe, qua adiecti ab domo fuerant, multum in ora maris ejus, quod accidunt, potuerunt. Primo in insulas Ænariane, & Pithecusas egressi, deinde in continentem aucti sedes transferre. Virgilius initio lib. 6. *Aeneid.*

— classique immittit habendas,
Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris.
Paterculus lib. 1. cap. 4. Nec multo post Chalcidenses, orti, ut pradiximus, Atticis, Hippocle & Megathene ducibus, Cumas in Italia condiderunt.... Pars horum civitatem magno post intervallo Neapolim condidit. Utriusque urbis eximia semper in Romanos fides facit eas nobilitate, atque amanitatem sua dignissimas. Sed aliis diligentior ritus patrii manxit custodia: Cumanos Osca mutavit vicinia. Vires autem veteres earum urbium bodieque magnitudo ostentat manum. Junius Philargyrius in Commentar. ad lib. 4. Georgic. Lutatii antiquioris scriptoris in lib. 4 auctoritate fultus, in eandem sententiam refert, Cumanos incolas a parentibus digressos Parthenopen urbem condidisse.

(158)

DESCRIPTIONEM. NOTÆ. 105

(158) *Primum bac Parthenope a Sirenis tumulo fuit*] *Parthenopen a Sirenis tumulo appellatam narrat Plinius lib. 3. cap. 5.* Junius Philargyrius ex Lutatio loc. cit. & alii. At tueritne re ipsa Siren Poëtarum figurantis clara, marinumque monstrum, quæ Neapoli nomen tribuit *Parthenopes*; an Virgo pudicitia præstans, ut prodit Dionysius Afer in Poëmate de Situ Orbis; eademque an Eumeli Theßalorum Regis exciterit filia, ut placet Eustathio in Commentariis ad ipsum Dionysium; an alia, ut plures contendunt, varia Scriptorum est sententia: de qua Franciscus de Petris lib. 1. Histor. Neapol. cap. 1. *Parthenopen* veluti Deam a psiscis Neapolitanis, Ethnicae superstitionis errore deceptis, cultam esse, plurium auctorum testimonio docet Cœlius Rhodiginus tom. 2. Lection. Antiqu. lib. 27. cap. 2. Nec defunt, qui nomine *Parthenopes* Sirenis & imagine, deliciosam ac voluptatibus refertam Neapolitanæ urbis conditionem veteres indicasse putent. Certe & mystica urbibus fuisse nomina, notat Petrus Nannius Miscellan. lib. 6. cap. 1. Naturæque delicias & oblectamenta recte per Sirenes indicari, docet Natalis Comes lib. 7. Mytholog. cap. 12. cui sententia adstipulatur & Auctor noster. L. Johannes Scoppa lib. 1. Collectan. cap. 30. ex quibusdam Neapolitanis constitutionibus longe aliam nominis etymologiam indicat: quo tamen illa solido historiæ veteris innitatur fundamento, videant alii.

(159) *Rursus Parthenope versa est in Palapolim*] Id est, *Nova urbs addita veteri, vetustatis dignitate, & uno tenus nomine Antiqua Civitas, seu Palapolis habita est.* Certum tamen est, si rem spectemus, priorem esse debuisse Urbem veterem, id est, *Palapolim*; posteriorem *Novam*, nempe, *Neapolim*. At cum duabus urbibus populus idem habitaret, teste Livio lib. 8. cap. 19. nomina vero *Parthenopes*, *Palapolis*, atque *Neapolis*, ab antiquis Scriptoribus promiscue usurpata sunt, ut diligenter animadvertis eruditus Peregrinus discurs. 2. cap. 21. ubi de Neapolitanæ Civitatis origine, & auctoriibus differit; mirum non est, si Franciscus de Petris lib. 1.

O

Hi-

106 IN LITORALIS CAMPANIAE

Histor. Neap. qui hæc non animadvertisit, ex designato nominum usu vario, injustam dicam Auctori nostro, & Johanni Villano impegerit.

(160) *Ignota hæc Solino fuerunt, qui ab Augusto, &c.]* Non Solinus modo, sed & plerique recentiores putarunt, eam, quæ quondam *Parthenope* fuerat, Neapolim ab Augusto Cæsare nominatam. Quorum omnium sententiam præcipuo capite refellit Ptolemaeus Flavius in Conjectanorum five Observationum in varios Auctores Centuria cap. 32.

(161) *Ad otia invitantes, ad quæ nata fertur Neapolis]* Una veterum scriptorum, & præsertim illustrium Poëtarum ea vox est, Neapolim otiosam & ad otia natam urbem esse. Ovidius lib. 5. Metamorph.

*Herculeamque urbem, Stabiasque, & in otia natans
Parthenopen* —

Virgilius lib. 4. Georgic. prope finem:

*Ilo Virgilium me tempore dulcis alebat
Parthenope, studiis florentem ignobilis otij.*

Horatius Epop. 5. ad Canidiam Veneficam:

*Et otiosa creditit Neapolis,
Et omne vicinum oppidum.*

Statius de Neapoli urbe patria loquens lib. 3. Silv. Carm. ult. ad Claudiam Ilxorem:

*Has ego te sedes (nam nec mibi barbara Thrace,
Nec Libyæ natale solum) transferre labore:
Quas & mollis biems, & frigida temperat aetas:
Quas imbelli fretum torpentibus alluit undis.
Pax secura locis, & defidis otia vita, &c.*

Et Silius Italicus lib. 12.

— *Hospita Musis*

*Otia, & exemptum curis gravioribus avum
Sirenum una dedit nobis memorabile nomen,*

Parthenope —

Vide sis & Strabonem in Geograph. lib. 5.

(162) *Palladius quoque hic agens]* Ex ejusdem Auctoris lib. de R. R. Franciscus de Petris lib. 1. Histor. Neap. cap. 6. hæc ipsa confirmat.

(163)

DESCRIPTIONEM NOTE. 107

(163) *Nos sunt praterenda Silva Neapolitani variis]*
Statuum Papinum Poëtam Neapolitanum suas in patria
urbe scripsisse Silvas, ipsemet testatur lib. 4. Silv. Cariss.
4. ad Victorium Marcellum:

— En agomet somnum, & geniale secutus
Litus, ubi Aisonio se condidit hospita portu
Parthenope, tenues ignavo pollice chordas
Pulso, Maroneique sedens in margine templi,
Sumo animum, & magni tumulis adcanto magistris.

Et multis interjectis:

Hac ego Chalcidicis ad te, Marcella, sonabam
Litoribus, fractas ubi Vesbius egerit iras.

(164) *Ager hic secundatur Cerere]* Neapolitani agri
secunditatem commendat Strabo lib. 5. Virgilius lib. 2.
Georgic. 247.

Quæ tenuem exhalat nebulam, sumosque volucres,
Et bibit humorem, & cum vult, ex se ipsa remittit:
Quæque suo viridi semper se gramine vestit,
Nec scabie, & salsa ludit rubigine ferrum:
Illa tibi lati intexit vitibus ulmos:
Illa ferax olea est: illam experiere colendo
Et facilem pecori, & patientem vomeris unci.
Talem dives arat Capua, & vicina Vesuvio
Ora iugo —

Dionysius Afer in Descriptione Orbis ex interpretatione
Prisciani:

Post hos, pingue solum, sequitur Campania diversa.
Hic ubi Partenope domus est castissima, frugum
Fertilis.

(165) *Dicitis in quincunxem pomorum ordinibus]* Columella lib. . cap. 15. de R. R. sic antiquos quincuncem
appellasse prodit, exactam plantarum metationem; ut
decussim dixisse exactam spati divisionem. Cur autem in
quincunxem arbores dicantur dispositæ in agris & hortis,
aperit Quintilianus lib. 8. de Orat. cap. 2. Nullusne ergo
etiam in fructiferis adhibendus est decr? quis negat? Nam
& in ordinem, certaque intervalla redigam eas arbores.
Quid enim illo quincunce speciosius, qui in quamcunque

O 2 par-

168 IN LITORALIS CAMPANIAE

partem spectaveris, regius est? Sed protinus in id quoque prodeft, ut terra succum aequaliter trabant. Cicero in libro de Senect. Cyri minoris Persarum Regis commen-dans agrum: *Quum admiraretur Lysander & procerita-tes arborum, & directos in quincuncem ordines, & bu-mum subactam, atque pyram, & suavitatem odorum, qui effarentur e floribus; tum cum dixisse, mirari se non modo diligentiam, sed etiam sollertia ejus, a quo effent illa dimensa atque descripta.*

(166) *Alcinoi, Phaacum Regis, pomaria*] Pomariae Alcinoi Phaacum Regis nihil apud Poëtas Illustris. Ea describit Homerus Odyss. H. Commandant & Latini Poë-te. Juvenalis Sat. 5.

*Virro sibi, & reliquis Virronibus illa jubebit
Poma dari, quorum solo pascaris odore,
Qualia perpetuus Phaacam autumnus habebat,
Credere qua possit surrepta sororibus Afris.*

Martialis lib. 7. Epigr. 42.

*Tam mala cur igitur dederim tibi carmina, quaris?
Alcinoo nullum poma dedisse putas?*

Lib. 10. Epigr. 94.

*Non mea Massylus servat pomaria serpens;
Regius Alcinoi nec mibi servit ager.*

Et lib. 12. Epigr. 31. Marcellæ uxoris hortos extollens:
*Si mibi Nausicaa patrios concederet hortos,
Alcinoo possem dicere: malo meos.*

Tertullianus lib. de Patlio cap. 3. *Constitutum & amenum super Alcinoi pometum, & Midæ refetum.* Hinc natum Proverbium *Alcinoo poma*, idest, dare, de quo consule Adagiorum collectionem postremæ edit. Venetæ col. 2041. & sequ.

(167) *Hesperidum aurea mala*] Plinius lib. 19. cap. 4: *Antiquitas nibil prius mirata est, quam Hesperidum hor-tos, & regum Adonis, & Alcinoi.* Eos in Mauritania fuisse auctor ipse cit. cap. & lib. 5. cap. 1. aliquique Scripto-res, atque Poëtæ commemorant. Vide C. Julium Solinum in Libya, & Ptolemæum lib. 4. Tabul. 3. De Hesperidibus, ipsarumque hortis, & malis aureis plura Natalis Comes lib.

DESCRIPTIONEM NOTÆ. 109

Nb. 7. Mythol. cap. 12. Notum est Proverbium *Hesperidum mala polliceri*, de iis dictum atque jactatum, qui splendida promittunt. Quid autem historice *Aurea Hesperidum mala* indicent, exponit Jacobus Crucius Bononiensis in Adnotationibus ad Silvas Papinii Statii cap. 5. num. ult.

(168) *Has tamen noſtri*] Jevianus Pontanus lib. 1.
Hesperidum cap. 4.

*At postquam Herculeis bumeris fuit Axis, & Atlas
Ad vexit pradam, & noſtri fuit ulti in arvis.
Idem bumeris, idem ipse arcu, clavaque superbus
Ad vexit simul Hesperio de litora silvas,
Hesperidum silvas, nemora effulgentia & auro.*

Sannazarius lib. 3. de Partu Virginis:

*Mergellina, novos ubi fundunt citrea flores,
Citrea Medorum sacros referentia lucos;
Et mihi non solita neſtunt de fronde coronam.*

Ubertus Folieta Januensis de laudibus Neapolis: *Frequens
in primis nobilissima omnium arbor Medica, quam cum
paullo intentius contemplarer, ejusque bona mecum repa-
rarem, & admirarer, sic statueram: rudem plane fuisse
veterem etatem, cui tam felix planta fuerit ignota. In
Historia Plantarum, auctoriibus Johanne Bacchinio, &
Johanne Henrico Cherleno, aucta a Dominico Chabreao
lib. 1. fol. 92. magnum hujus arboris, malorumque ejus
proventum in Neapolitano Regno esse notatur.*

(169) *Si Macrobius credimus*] Scribit hæc Macrobius
lib. 3. Saturnal. cap. 19. testimonio Cloatii ex lib. 4. Or-
dinatorum Graecorum, qui laudatum ab Auctore nostro
ex Virgilio locum illustrat; itemque Oppii ex libro de
Silvestribus Arboribus. Sapienter autem Antonius, si
Macrobius credimus, aliis enīm alia sententia est. *Rhodo-
dendron* autem recitatis verbis Maronem indicasse, sunt
qui contendant. Consule Johannem Baptistam Pium in
libro Adnotat. priorum ad varios Auctores cap. 5. Ma-
crobius tamen assertio gravibus nititur testibus, & solidi-
fundoamento.

(170) *Hauſis adversantur veneuis, & simul & oris-
emen-*

770 IN LITORALIS CAMPANIAE

emendant graveolentiam] Oppius libro de Silvestribus Arboribus apud Macrobius lib. 3. Saturn. cap. 19. de Citreo loquens: *Est autem odoratissimum, ex quo interjectum vesti tineas necat.* Fertur autem venenis contrarium, quod tritum cum vino purgatione virium suarum bibentes servat. Plinius lib. 23. cap. 6. *Citreæ contra venenum in vino bibuntur, vel ipsa, vel semen.* Faciunt oris suavitatem, decocto eorum colluti, aut succo expresso. Castor Durantes in Herbario:

Citreæ non tantum dant succum —

Illorum semen quoque contra est dira venena,

Contra illos primum dederit quos scorpius idus:

Mala beneficium depellant citrea vino,

Si potentur: item commendant oris odorem,

Et flatum arcessunt suavem. —

Consule Pancirolium lib. 1. Memorabil. tit. 42. & Gasparrem a Rajas in erudito opere, cui titulus, *Elysius jucundarum quaestionum campus*, quæst. 34.

(171) *Sebethus alluit fluviolus*] Laudatur a Vibio Sequestre in catalogo Fluminum. Illustrior ejus mentio est apud Poëtas. Statius lib. 1. *Silv. Carm. 2.*

At te nascentem gremio mea prima recepit

Parthenope; dulcisque solo tu gloria nostro

Reptasti: nitidum confurgat ad æthera tellus

Euboës, & pulchra tumeat Sebethos alumna.

Jovianus Pontanus lib. 1. Eridani:

Hinc Musæ placidis salicum docuere sub umbris,

Sebethus liquidis qua fluit uber aquis.

Quid autem dicemus de Baudrand, qui in Léxico Geographico verbo *Sebethus*, scripsit: *Vicatim per Neapolim dilabitur, omnisibus civibus usum praestans?* Id quam falsum sit, norunt omnes. Nam omnes Neapolitanorum labentes aquæ in Labulla, ut dicitur, excipiuntur, ut ibi caput earum credas, quas tamen ex altiori capite, e subterraneis nempe vicini Vesuvii caveis, emanare licet conjicere: quæ cum per cuniculos ad duo millia passuum lapsæ sunt, ita dividuntur, ut altera pars ad lœvam, Meridiem versus, per paludes ad S. Magdalena pon-

DESCRIPTIONEM NOTE: 111

pontem fluat, & inde a divisionis loco Sebethi sibi nomen acquirit: altera vero pars, rectâ per Aquas Regias sive Doliolum, urbem pene universam pervadit magnifico arcum strucu, qui est in ingressu Capuanæ portæ, proximus S. Catharinæ templo, Formelle dictus, non sine maximo civium commodo, & oblatione, ut eleganter cecinuit Donatus Francus in sua Neapoli:

*Sed quo me rapis heu raucum, purissima Nympha,
Nympha Labulla urbe fonte perenne rigans?
Illaens subter vicatim mania circum,
Perque domos largo flumine + perque vias.
Atria aquis, domus omnis aquis, urbs omnis abundat,
Nilis, & centum fontibus unda venit.
Prabet ubique libens fitienti pocula lymphæ,
Splendidior vitro, dulcior ambrofia.*

Marius Nizolius in Thesauro Linguae Latinæ verbo *Sebethos*, vetustissimam tabellam marmoream Neapoli in fundamentis murorum repertam commemorat, in qua exarata legebatur inscriptio:

MEVIUS. EUTYCHUS

ÆDICULAM. RESTITUIT. SEBETHO

Divitium quidpiam inesse Sebetho Neapolitanos Ethnicos credidisse, nihil dubito. Sacra autem, & lucos patriis *Amnibus* cæcos homines dedicasse, liquet ex Tacito lib. i. Annal.

(172) *Sub nomine Sebethidis Nymphæ decantatus]*
Virgilius lib. 7. Æneid. 722.

*Nec tu carminibus nostris indicatus abibis,
Oebale: quem generasse Telon Sebethide Nymphæ
Fertur, Telebonum Capreas cum regna teneret
Jas senior*

Columella lib. 10. de Cultu Hortorum.

*Dicitaque Parthenope, Sebethide roscida lymphæ.
Et Sannazarius lib. 2. Eleg. 4. in Morum Candidam:*

Quin etiam severæ suis Sebethides antris

Na-

III IN LITORALIS CAMPANIE

Najades, & passis Partbenopea comis.

Sic elegans & illustris Poëta sëpe a nobis in hoc opere commendatus, sëpe etiam commendandus, quem calumniosa censura perstringit Gabriel Barrius Francicanus lib. 3. pro Lingua Latina pag. 422. ubi ejus opera *Plebeia* appellat *scripta*. Et Erasmus Roterodamus eo Dialogo, quem *Ciceronianum* inscripit, iniquus fuit in Sannazarium. At futilem hominis in illustrem vatem censuram gravibus momentis refellit Franciscus Floridus Sabinus lib. 3. Lectionum sublicivarum cap. 6.

(173) *Per Nympham Sebethida significari aquam, &c.*
quod geminatus indicat ductus ad Januariam portam] Nymphas Oceani filias, fontiumque ac fluminum matres, esse commenti sunt veteres. Quippe qui eo vocabuli genere vires humoris terræ, atque stirpibus infitas putarint; ipsaque aquas Nymphae munus & partus, quibus perinde ac Numinibus præcipua pariter offerebant sacrificia. Vide Natalem Comitem lib. 5. Mythol. de Nymphis cap. 12. Juvenalis Sat. 3.

— quanto præstantius esset

*Numen aquæ, viridi si margine clauderet undas
Herba, nec ingenuum violarent marmora tosum?*

Hinc factum, ut pro fluviorum ac fontium discrimine, varia quoque nomina illis sint indita; expulsoque populorum inepto Gentilium errore, latens sub fabularum velamine nuda veritas patuit. Duplex autem ductus ad Januariam portam, per quem pensili rivo aquam influxisse Neapolim, Auctor memorat, nunc non extat; nisi quod anno 1714. prope ad eandem portam repertus est aquæductus, ex quo fortasse conjicere est, inferri in urbem potuisse eandem ipsam aquam, de qua loquitur Antonius.

(174) *Pulcherrima boum armenta in Bajanum sinum exposuisse*] Ex veterum narratione commemorat Strabo lib. 5. Geogr.

(175) *Locus is de boum caula fuit primum Boaula, mox ut vox ipsa dulcius sonaret auribus, facta est Bauli* [Ita habet Scholiastes Apollonii in Λευκωσίᾳ lib. 3. Βαυλα, in-

DESCRIPTIONEM NOTÆ. 113

inquit, & *Bisæus*, id est, *Boaula*, *boum stabulum*. Servius vero scribit *Boaulia* in lib. 6. *Æn.* & in lib. 7. ubi quod pertinet ad etymologiam, & mutationem nominis loci, in quo boves ipsi custoditi fuerunt ab Hercule, hæc habet: *Juxta Bajas (Hercules) caulas bobus fecit, & eas sepserit: qui locus Boaulia dictus: nam bodie Bauli vocantur: ita corrigit Cluverius Bauli, non Baulæ.* Symmachus quoque lib. 1. Epist. 1.

Huc Deus Alcides stabulanda armenta coegerit,

Erusa Gerionis de lare tergemini.

Inde recens atas corrupta Boaulia Baulos

Nuncupat, occulto nomine indicio.

Ea est ratio cur Silius Italicus lib. 12. de altero Bello Punico *Herculeos Baulos* dixerit. Illustrat hæc ipsa Hadrianus Junius Animadvers. lib. 1. cap. 9. Hæc ipsa pervetusta, & illustris Campaniæ urbs Bauli posita erat inter Misenum & Baias, in quo Cluverius ex Cornelio Tacito reprehendit Plinium, quod lib. 4. cap. 5. collocarit inter Baias & Lucrinum. Et quidem incoleæ partem illam in litore quod excipit Baianum portum, nunc appellant *Bacola*. De eadem antiqua urbe meminit Cicero lib. 4. Quæst. Acad. Cælius Rufus lib. 8. Epist. 1. ad M. Tullium, Dio lib. 59. Cornelius Tacitus lib. 14. cap. 4. Suetonius in Nerone cap. 34. Ex eodem auctore in litore videtur fuisse posita: id constat etiam ex Sili loc. cit.

— & *Herculeos videt ipso in litore Baulos.*

Et ex Martiali lib. 4. Epigr. 63.

Dura petit a Baulis mater Carellia Baias,

Occidit insani crimine mersa freti.

(176) *Deliciarum hic erat locus]* Multi Romanorum, ante & post Republica casum, in ejusdem civitatis agro, ob situs amoenitatem cœlique clementiam, habuere villas. Ex his maxime commendatur illa Hortensi Oratoris, de qua Plinius lib. 9. cap. 55. *Apud Baulos, in parte Bajana piscinam habuit Hortensius Orator, in qua manzanam adeo dilexit, ut exanimatam fuisse credatur. In eisdem villa, Antonia Drusi, murana, quam diliebat, in aureus addidit: cuius propter famam nonnulli Baulos videre*

184 IN LITORALIS CAMPANIA
dore concipi vennit. Habuit & Symmachus Urbis Praefatus villam Baulis juxta Lucrinum, de qua ipse lib. 1. Epist. 2. differit. Baulos præterea, & in vicina loca, deliciarum & otii cassa, Symmachum commigrare, liquet ex ejusdem Epist. 23. lib. 8.

(177) *Navigabant ad spectandas insanas in mari substructiones*] Hercules quum Gerionis ditatus armentis, ea vellet ultra ducere, ut commodius id ageret, ac tuta illa manerent, viam octo fere stadiorum longitudine, ac tanta latitudine, quanta gradienti curvui satis esset, jaetus in ponto molibus, struxit, ut Strabo, aliquique memorant. Hanc instar miraculi posterior spectavit ætas, opusque Hercule dignum plures antiqui laudarunt. Propertius lib. 1. Eleg. 11.

*Ecquid te mediis cessantem, Cynthia, Battis,
Qua jacet Herculeis semita litoribus.*
Et lib. 2. Eleg. 16.

*Qua jacet & Trojae tubicen Misenum arena,
Et sonat Herculeo struenda labore via.
Actius Sincerus Sannazarius. Ecl. 4.
Hinc magni Alcida tauros, fratunsque profundus
Aggeribus memorant, ductamq; per oppida pompam.
Fuit etiam in hoc sinu Portus Julius dignissimus, qui
mole & opere spectaretur: de quo nos alibi.*

(178) *Atque loculatas (Varronis utor verbo) maritimas piscinas*] M. Varro lib. 3. de R-R. cap. 17. Nam ut Paufias, & cateri pictores ejusdem generis loculatas magnas habent arculas, ubi diversa colores sint ceræ; sic bi loculatas habent piscinas, ubi dispares disclusos habent pisces.

[179] *Ad montem Vesuvium locavit*] De Vesuvio complures antiqui Scriptores mentionem faciunt; a quibus appellatur *Vesuvius*, *Vesesus*, *Vesbius* sive *Vesvius* maxime a Poëtis, *Besbius* a Philostrato, & *Bebius* ab Anastasio Biblioth. in vita Benedicti II. & a Monacho Alcidorensi in Chronico; sicut legitur a Cluverio Bessos apud Procopium. Memoratur potissimum a Livio lib. 8. cap. 8. Strabone lib. 5. Meta lib. 2. cap. 4. Patrculo lib. 1. Plinii

DESCRIPTIONEM NOTÆ. 115

aio lib. 3. cap. 5. L. Floro lib. 1. cap. 16. Valerio Maximo lib. 1. cap. 16. Suetonio in Tito cap. 8. Juniore Plinio lib. 2. Epist. 16. aliusque Latinis, & Græcis auctori- bus. Illustris quoque apud Poëtas ejus est mentio, Virgilium nimirum lib. 2. Georg. Lucretium lib. 6. Statuum lib. 4. Silv. Carm. 4. Silium Italicum lib. 17. & Valerium Martialem loco paullo post designando. De variis Vesuvii montis conflagrationibus scripsere Julius Cæsar Recupitus, Johannes Baptista Masculus, Johannes Bernardinus Julianus, Gregorius Carapha, Vincentius Alfanius Cencius, Franciscus Balsanus in lib. de Antiquo Herculaneo. Gigantes e cœlo tactos sub Veseyo monte fuisse sepultos, ibique infernis incendiis illorum ardere ossa fabulati sunt veteres: vide Philostratum in Heroicis. Tertullianus lib. de Pœnitentia cap. ult. Vesuvii incendia mente spectans, *Fumariolana quandam aeterni ignis* appellavit, quasi imma infelicum damnatorum pertingeret tartara. In rem ipsam facere videntur quæ narrant S. Petrus Damianus, S. R. E. Cardinalis, & Olieris Episcopus, in Epistola ad Desiderium Abbatem Casinensem, quæ habetur inter Opuscula, & Leo Oriensis in Chronico Casinensi lib. 2. cap. 84. Mox tem ipsum sacrum apud Ethnicos fuisse Jovi, constat ex antiquo lapide Capuano, qui sequentem inscriptionem exhibet:

J O V L
V E S U V I O
S A C

D. D.

Is nunc in duas partes discissus conspicitur; major pars Capituli in uno continens duas ultimas literas Secundi, in aliânam quarti, in vico Marcianof di Etio. *Colonia Gracis colonis, post Herculaneum & Herculaneam, non Hercu-*
lerio Cluverio in vulgatio-
t. lib. 7. epist. 3. ubi nunc Tor-

116 IN LITORALIS CAMPANIÆ

Torre del Greco. Urbem ipsam laudat Strabo lib. 5. Geogr. quam incumbentem mari, ac promontorium habentem, mirifice vento afflatum Africo, ac proinde saluberrimam ejusdem habitationem reddi significat. Herculem illius auctorem agnoscit & Dionysius Halicarnassus lib. 1. portusque omni tempore tutos habuisse prodit. Ovidius lib. 15. Metamorph. fundatorem spectans:

Inde legit Capreas, promontoriumque Minerva,

Et Surrentino generosos palmitæ colles,

Herculeamque urbem, Stabiasque —

Utrique auctori cohæret Martianus Capella lib. 6. de nuptiis Philologiæ cap. 15. cuius verba sequenti Notatione describemus. De ipsamet urbe Vellejus Paterculus lib. 1. cap. 16. Pomponius Mela lib. 2. cap. 2. Seneca lib. 6. Natural. Quæst. cap. 1. Plinius lib. 3. cap. 5. L. Florus lib. 1. cap. 16. In Herculanei litore sal fiebat antiquitus, salinasque Herculani laudat Columella lib. 10.

Qua dulcis Pompeja palus vicina salinis

Herculeis —

C. Cæsar pulcherrimam in ejusdem urbis sinu villam habuit, quam, quia aliquando genitrix in ea custodita fuerat, diruit, teste Seneca lib. 3. de Ira cap. 22.

(181) *Ad flumen Sarnum ventum est*] Vibius Sequester lib. de Fluminibus: *Sarnus Nuceria ex Saro monte oriens, per Campaniam decurrens.* Atqui Sarnus fluvius altiore inter Picentinos montes agnoscit originem; qui enim ex Saro monte rivus oritur, in flumen ipsum influens, aquas auget, non flumini praebet initium. Praeter alios vero, qui de fluviosis scriplere, Sarnum laudant Ptolemæus in Tabula Geograph. Strabo lib. 5. Plinius lib. 3. cap. 5. E Poëtis Virgilii lib. 7. Æneid. Lucanus lib. 2. Pharsal. Statius lib. 1. Silv. in Epithalamio Stellæ & Violantillæ, Silius Italicus lib. 8. S. Paulinus Nolanus Episcopus in Natali 3. S. Felicis Presbyteri. *Sarxi* nomis originem aperit Conon antiquus auctor in eo libro, quem de Italia scripsit, apud Servium in Commentar. ad lib. 7. Æneid. scribens: quosdam Pelasgos, aliosque ex Peloponneso copvenas ad eum locum Italizæ

ve-

DESCRIPTIONEM NOTE. 117

venisse, cui nullum antea nomen fuerat: & fluminis quod accoluerunt, *Sarno* nomen imposuisse ex appellatione patrii fluminis; & le *Sarrantes* appellasse. De mirifica Sarrantium aquarum vi, qua virgæ, paleæ, & id genus alia lapidescunt, Jovianus Pontanus lib. Meteor. agit his versibus:

— *videas lapidescere Sarni
Caruleo sub monte alnum, filicisque maniplos,
Et palea intortos lento cum vimine culmos.*

Pigrum Sarni cursum illustrabimus Notatione ultima.

(182) *De triumphali illa pompa fuerunt Pompeii.]* Ursum Pompeios, quæ fuit ubi nunc oppidum *Scafato*, ut apertissimis documentis conficit Cluverius, ab Hercule fundatam agnoscit & Solinus. Nominis caussam ab Auctore nostro indicatam aperit Martianus Capella lib. 6. de Nuptiis Phœlogiae cap. 15. *Hoc loco possem etiam urbium percurrere conditores. Ab Hercule Herculanum ad radicem Vesuvii; a quo band procul Pompeios, cum boum pompam duceret Iberorum.* Servius Grammaticus ad lib. 7. Eneid. *Hercules in quadam Campania civitate pompam triumphi sui exhibuit. Unde Pompeii dicitur civitas.* De boum pompa per Campaniæ oppida ab Hercule ducta Sannazarius in Proteo Ecl. 4. Pompeios laudant Meli lib. 2. cap. 4. Paternatus lib. 2. cap. 16. Plinius lib. 3. cap. 5. L. Florus lib. 1. cap. 16. Ruinas, quas a terræ motu primo Christi seculo urbs florentissima passa est, describit Seneca lib. 6. Natural. Quæst. cap. 1. *Pompeios, celebrarem Campania urbem, in quam ab altera parte Surrentinum Stabianumque titus, ab altera Herculanense conveniunt, mareque ex aperto conductu amano finu cingit, desedisse terra motu, vexatis, quaoniamque adjacebant, regionibus, adivimus: & quidem diebus bibernis: quos vacare a tali periculo majores nostri solebant promittere. Nonis Februario fuit motus hic, Regulo & Virginio Coss. qui Campaniam nunquam securam hujus mali, indemnem rarer, & toties defundatam metu, magna strage vngavit. Nam & Herculanensis oppidi pars ruis: dubique stant etiam qua reliqa sunt.* Et cap. 27. *Quadam*

418 IN LITORALIS CAMPANIÆ
dāmen propria in hoc Campano metu occidisse narrantur;
quorum ratio reddenda est. Ajunt enim sexcentarum
ovium gregem examinatam in Pompeiana regione.

(183) Eornundemque parsuit vita occasus] Ex Dione
Historiar. lib. 66.

(184) T. Vespasiani principatu Vesuvium montem, utri-
quo oppido imminentem, conflagrare constat] Incendii
Vesevi montis, Tito imperante conflagrantis, memine-
re Suetonius in Tito cap. 8. Dio lib. 66. Plinius Junior
lib. 6. epist. 102. ad C. Tacitum, Statius lib. 5. Silv. Carm.
3. & alibi, Martialis lib. 4. Epigram. 44. Eutropius lib.
9. Epit. Rerum Roman. Sext. Aurelius Victor lib. de Vi-
ta & Moribus Imperatorum in Tito, Eusebius Episco-
pus Cesareensis in Chronico ad annum LXXXII. post
Christum natum, Paulus Orosius Histor. lib. 1. cap. 6.
Nicephorus Callixtus lib. 2. Histor. Ecclesiastic. cap. 2.
Franciscus Petraccha in Itinerario Syriaco, & alii. Dio
sub tempus Autumni occidisse prodit, Plinius Junior,
qui coram spectavit incendium, cœptam conflagrationem
scribit Kalendis Novembris hora diei fere septima. De
anno varia est Historicorum assertio. Nonnulli ad an-
num Æra vulgaris LXXX. alii ad annum LXXXII.
referunt: utrique antiquo teste non carent.

(185) Ad Ægyptum cineres pervenerint] Narrat Dio
cit. loc. neque tantum in Ægyptum, sed in Syriam quo-
que feralem pulverem delatum scribit.

(186) Late vagantes ignes] Plinius Junior lib. 6. Epist.
102. Interim e Vesuvio monte pluribus locis latissime flam-
ma atque incendia relucabant. Idem Antonii, & Plinii
locus illustrabitur clarius Notatione sequenti.

(187) Silvas, arbusta, casas, ades, & quicquid fuit
obvium absenserunt] Statius lib. 4. Silv. Carm. 4. ad
Marcellum:

Hac ego Chalcidicis ad te, Marcele, sonabam!
Litoribus, fractas ubi Vesbius egerit iras,
Ænula Trinacriis volvens incondia flammis:
Mira fides! credetne virum ventura propago,
Cum segetes iterum, cumq[ue] bac deserta virebunt,
Infra

DESCRIPTIONEM NOTA. 419

*Infra urbes, populoque premi & prouiteaque tote
Rura abiisse mari & nec dunc lebato minari
Cessat apex. Procul ista tuis finit fate. Teate.
Nec Marrucinos agat hac infania monses.*

Eutropius lib. 9. in Tito: *Abrupto tunc etiam vertice Vesuvi montis Campania, magna profusa incendia ferunt & torrentibusque flammarum vicina regionis cum urbibus, hominibusque deleta esse. Idem totidem fere verbis scribit Orosius lib. 1. cap. 6.*

(188) Pompeianos vero in scenicorum ludorum spectaculo confidentes, repentinus lapidum sepelivit casus] Pompeianos in theatro manentes, Vesovi incendi vi fuisse perentes, tradunt Dio lib. 66. &c alii. Hie tamen non nullis aqua haeret, & quasi auctores ipsos, qui populum scenicis ludis in tanto periculo, quod multa feralia praefserunt, & aperta indicabant indica, securè incumbentem exhibent, rem minus veram narrare censem. At non ea Dioni, non ea Auctori nostro, aliisque mens est. Certe Antonius, qui haec ex Dione, caterisque didicit, id tantum indicare vult, Pompeianos fidentes adiicio publici theatri, ubi scenica exhiberi solebant, quod fortius privatis domibus crederent & tutius, repentinio parietum lapsu ex terre motu, qui illa nocte (ut scribit Plinius lib. 6. Epist. 20.) ita invaluit, ut non moveri omena, sed everti crederentur; vel cineribus atque lapidibus, quos mons confertissimos eructabat, fuisse oppressos. Spectaculum vero Auctor ipse usurpavit, non pro re que spectanda exhibetur, sed pro loco ubi scenici ludi spectari solent: optimos & elegantes in hoc pariter imitatus auctores, M. Tullium in Orat. pro Sextio, T. Livium Decad. 1. lib. 1. & P. Ovidium lib. 10. Metamorph. Petrus La Sena de Antiquo Gymnasio Neapolitano cap. 3. n. 2. Herculaneum, & Pompeianorum excidium in Neronis tempora perperam rejicit, ac in Neapolitano theatro utriusque populi ruinam ex terre motu contingisse credidit. Nimirum vir eruditus non animadvertit auctores, qui uno ore, Tito non Nerone imperante, Vefuviane eruptionis & turbinalis causa, non ex

126 IN LITORALIS CAMPANIE
ex solo motu terræ Pompeianos oppressos produnt rui-
na theatri . Tristissimum utriusque urbis calum com-
memorat Statius lib. 3. Silv. Carm. 5. ad uxorem , quam
Romæ morantem , tantaque ruina a Veseko illata sum-
mopere deterritam , ad redditum in Campaniam invi-
tat :

*Non adeo Vesuvius apex , & flammae diri
Montis hiemis trepidas exhaustis civibus urbes :
Stant , populisque vigent hic auspice condita Phœbo
Tecla*

Et lib. 5. Carm. 3. Epicedion in patrem mœsto carmine
pangens :

*Jamque & flere pio Vesuina incendia cantu
Mens erat , & gemitum patriis impendere dannis ,
Cum pater exentum terris ad sidera montem
Sustulit , & late miseras dejectis in urbes .*

M. Valerius Martialis lib. 4. Epigram. 44. hujusmet Ve-
suvini incendiæ ruinæ defens:

*Cuncta jacent flamnis , & tristi mersa favilla :
Nec Superi vellent hoc licuisse sibi .*

Pompeianæ urbis excidium a Veseko illatum spectat Ter-
tullianus lib. de Pallio cap. 2. Ex bujuscemodi nubilo &
Tuscia Vulfinios pristinos deusta , quo magis de montibus
suis Campania speret , erepta Pompeios . Et in Apologetico
adversus Gentes cap. 40. Sed nec Tuscia , atque Cam-
pania de Christianis querebatur , quum Vulfinios de ca-
lo , & Pompeios de suo monte perfudit ignis . Sarciri quo-
quo modo miseræ gentis damna curavit Titus Imperator.
Nam , ut scribit Suetonius in vita cap. 8. Curatores re-
stituenda Campania e Consularium numero sorte duxit .
Bona oppressorum in Veseko , quorum heredes non exta-
bant , restitutioni afflictarum civitatum attribuit .

(189) Rependens fructu illata damna . Cineris quippe
calore] Cassiodorus lib. 4. Variorum Epist. 50. ad Fau-
stum de Veluvio loquens : Vomit fornax illa perpetua
pumiceas quidem , sed fertiles arenas ; quæ licet diutur-
na fuerint adustione siccata , in varios fetos suscepta ger-
mina mox producunt , & magna quadam celeritate re-

pa-

DESCRIPTIONEM NOTE. 121

parant, qua paullo ante vastaverant. Commendat Vesuvii rura Columella lib. 10. de Culto Hortorum.

(190) *Nobilitatis vini vim accepit] Vesuvius mons, & qui circa ipsum excoluntur colles, præcipuam ob uvarum, vinorumque præstantiam ab antiquis scriptoribus consecuti sunt laudem. Columella lib. 3. de R. R. cap. 2. *Alia* *dua* *gemina*, *qua* *ab eo* *quod* *duplices* *uvas* *exigunt*, *Gemella* *vocantur*, *auferioris* *vini*, *sed aque* *perennis*. *Barum* *minor* *ut* *ugo* *notissima*, *quippe Campania* *celeberrimos Vesuvii colles, Surrentinosque vestit*. Plinius lib. 14. cap. 2. De Vitibus item differens: *Surrentinis* *tamen* *efficacissima* *testis*, *Vesuvio* *tenuis*. Ibi enim *Murgentina* e *Sicilia* *potissima*, *quam Pompeianam* aliqui vocant, *Latio* *denuo* *feracem*: *sicut Horconia* *in Campania*, *tantum* *vilitatis cibaria*, *sed* *ubertate* *præcipua*. L. Florus lib. 1. cap. 16. *Campaniam* *efferens*: *Hic amicti vitibus montes, Gaurus, Falernus, Massicus,* & *pitccherrimus omnium Vesuvius*. Martialis lib. 4. Epigram. 44. de Vesuvio monte:*

Hic est pampineis viridis modo Vesuvius umbris?

Præferat hic madidos nobilis uva lacus.

Hac juga quam Nisa colles plus Bacchus amavit;

Hoc super Satyri monte dedere cboros.

Hac Veneris sedes, Lacedamone gratior illi:

Hic locus Herculeo nomine clarus erat.

Ausonius in Mosella Idil. 3.

Tales Cumano despectat in aquore ludos

Liber, sulfurei quum per juga confita Gauri,

Perque vaporiferi graditur vineta Vesovi.

De præstantia vini Vesuviani Franciscus de Petris Neapolit. Histor. lib. 1. cap. 4. Prosper Rendellia in Tract. de Vinea, Vindemia, & Vino; & aliis, qui data opera de Vinis scripsere.

(191) *E quibus id, quod Gracum cognominatur] Quod vinum modo Gracum nuncupant, id quidem censem, quod Amineum a veteribus est appellatum. Hoc quum Campania præcipue abundaret, & inter Graeca vi- na haberetur, factum est, ut posteriota ætate, quod car- teris*

Q

390 IN LITORALIS CAMPANIAE

toris praefaret, *Gracum* per *A'ntiquas* appellaretur. Ad hanc comprobandum opinionem duo potissimum argumenta afferunt, nimurum: quia *Amineum*, quasi *fus mimio*, nempe *rubore carens* dictum est, teste Servio in 2. Virgilii *Eneid.* lib. tale vero esse *Gracum* norunt omnes. Præterea antiqui scriptores, quum *Amineum* nominarunt, simul & *Gracum* dixerent. Censorium Romanorum edictum apud Plinium lib. 14. cap. 14. P. Licinius Crassus, & L. Casar Censores anno U. C. 10CLXV. dixerant, ne quis vinum *Gracum*, *Amineumque otonis* aris *singula quadrantalia* venderet. Ipsemet Plinius cit. loc. significat, cum subdit: Tanta vero vino *Graco grata erat*, ut *singula potionis in convictu darentur*. Quibus *vini* *auctoritas fuerit sua in mensa*, M. Varro bis verbis tradit: *L. Lucullus puer apud patrem nunquam laetum vivium vidit, in quo plus semel *Gracum* vinum daretur*. Et Proculus Jurisconsultus lib. 33. ff. de *Triticō*, *Vino*, vel *Oleo legato* Tit. 6. L. *Qui vinum Surrentinum*, inquit: Si ita esset legatum: *Vinum Amphorarium*, *Amineum*, *Gracum*, & dulcia omnia: *nihil inter dulcia, nisi quod potionis fuisset*, legatum putat *Lates ex collatione vini Amphorarii*; quod non improbo. Hac semel probata sententia, quæ de *Amineo* apud scriptores legunt, facile in *Gracum* detorquent. Jacobus *Præfectus* lib. de *Divers. vini generum natura* pag. 24. *Vinum Gracum antiquitus in magno fuit pretio*, & ejus *cyathas in symposiis tantum dabatur*: quod in *Latio agru*, & *Campano ad montem Vesuvium* *vites sativa*, & *urbana modo ferunt*. Et paucis interjectis: *Vinum Pompeianum olim Pompei (imo Pompeiarum urbis) nomine sic dictum, modo Gracum*, quod in monte *Vesuvio*, & in ejus *traeta nascitur*. Alii apud *Cosium Rhodiginum* lib. 28. Antiquarum Lect. cap. 30. arbitrati sunt, id modo appellari vulgo *vinum Gracum*, quod olim *Falernum* dicebatur, & in *Vesuvio* *vites habet*. At *Camillus Peregrinus Discursu* 3. cap. 5. hanc sententiam refellit, quod longe diversum *Gracum* *vinum sit ab antiquo Falerio*. Putat itaque *vinum Vesuvianum Gracum dictum*, non a *Græcis*, qui omnium

DESCRIPTIONEM NOTE: 123

omnium primi Neapolitanam regionem incoluere, sed ab iis Neapolitanis Greco Imperio subjectis, Gracisque habitis, hoc nomine, quo tempore Longobardi in Italia dominabantur. Etenim, ut ipse scribit, veteres Romani vina juxta nationes & populos non distinguebant: præsertim in Italia, in qua omnes Romani cœlabantur, uni Latinorum parentes imperio. Facile tamen hoc discrimen constitutum Longobardi, qui nunquam Vesovo a Neapolitanis possesto potiti sunt: ut constat ex Capitulari Beneventani Principatus edito a Sicardo; & ipsem Peregrynus ostendit in descriptione Ductatus Beneventani.

(192) *Quod a forma Graci appellantur Cratera*] Neapolitani Crateris meminit Strabo lib. 5. isidemque, quibus Auctor noster, promontoriis terminat, Miseno, scilicet, & Athenæo, quod Ovidius lib. 15. Metamorph. & Plinius lib. 3. cap. 5. *Minervæ promontorium* appellant: fortassis ob fanum Minervæ, quod ibidem Ulyssiem extruxisse prodit Strabo. Idemmet promontorium describit Galenus lib. 5. Method. cap. 12. Neapolitanum vero Cratera multi commeadant: Antonius Gallateus in descriptione villaæ Laureatii Vallæ ad Sannazarium, *Ocellum terrarum* dixit. Zenobius Acciajohus in Orat. de Laudibus Neapolis: *Quicumque, inquit, auctores urbis Neapolitanae fuerint conditores, Crateris finis pulchritudinem demirati, pro caseris aliis, qua in Tyrrheno litore conspexerunt, Neapolim delegaverunt. Nam & cali clemensia, & feracitas regionis, & suaves aurarum afflatus, & irrigui fontes, salubritatem incolis, rerumque omnium copiam non fine incredibili iucunditate fibi facile desponderunt. Dominicanus Antonius Rattritus præcipuam Neapolitanæ urbis, ejusque Crateris descriptionem adornavit, vulgavitque.*

(193) *Nulla est pomiferarum arborum*] Singula pomorum genera, quibus felicissimus ager Neapolitanus abundat & præstat, compendiosa notationis angustia non sinit percurrere. Id unum monuisse sufficiat, ab optimo & feracissimo solo, non nisi optima & electa produci:

Q. 3

194 IN LITORALIS CAMPANIAE
duci : præsertim quando nativæ telluris præstantia : diligens accesserit rusticorum atque cultorum industria : quæ profecto in Neapolitanis excolendis hortis , atque pomariis tanta est , quanta a sapientibus viris excogitari merito potest . Pomorum hujusce regionis copiam , varietatem , & suavitatem sure miratus est Ubertus Follieta Januensis in Orat. alias a nobis laudata : In hac plaga , inquit , non modo Bacchus , & Ceres , sed Flora , & Pomona quoque sedem & domicilium locasse videntur . Sunt tamen nonnulla pomorum genera , quæ precipuam vel apud antiquos Scriptores libi laudem compararunt . Sic ex ficubus Herculanea , & Pompeiana laudantur a Cloatio Ordinatorum Græcorum lib. 4. & a Macrobio lib. 3. Saturn. cap. 20. Cotonea Neapolitana commendat Plinius lib. 15. cap. 11. ejusque territorii Caßaneas extollit eodem lib. 20. cap. 23. itemque Martialis lib. 5. Epigr. 79. ad Turanium .

IN MEDITERRANEÆ CAMPANIAE DESCRIPTIONEM NOTÆ.

(194) **U**T priore factum est volumine] Volumen pars etiam libri est . Plinius Junior partitionis operum suorum rationem exhibens , inquit : Libros tres in sex volumina propter amplitudinem divisi , quasi in sex minores libros . Sumitur etiam Volumen pro ea disputationis vel scriptioris parte , quæ in uno eodemque libro , vel quæstione illustranda , & , ut ita loquar , revelanda suscipitur . Sic Cicero lib. 3. Quæst. Tuscul. Quoniam duobus superioribus de Morte , & Dolorе dictum est , tertius disputationis hoc tertium volumen efficeret . Itaque utraque sententia Auctor noster hoc in loco id nomine effert .

(195) **P**rincipium *Vesicia damus*] Vesicia sita olim fuerat inter montem Massicum , qui vulgo dicitur Monte Dragone , flumenque Lirim : clara quoque in Romana habetur Historia . Quæ autem hic Antonius de illa , & Ausona propin-

DESCRIPTIONEM NOTÆ. 125

pinqua urbe commemorat, desumfit ex Livio. Is lib. 9.
cap. 16. Caterum Ausonum gens, proditione urbium, si-
cuit Sora, in potestatem venit. Ausona, & Minturna,
& Vescia urbes erant. Antequam Vescini, & Aulones
Romanorum subjicerentur imperio, cum Latinis adver-
sus Romanos erant conjuncti, viresque sunt experti bel-
lo, ipsemet auctor lib. 8. cap. 9. Qui Latinorum pugna
superfuerant, multis iteneribus dissipati, quinque se in
unum congregassent, Vescia urbs eis receptaculum fuit.
Idem Livius lib. 10. cap. 21. Placuit, ut duæ coloniae cir-
ca Vescinum, & Falernum agrum deducerentur: una ad
ostium Liris fluvii, qua Minturna appellata: altera in
saltu Vescino, Falernum contingente agrum. Quæ Vesci-
norum hæc civitas fuerit, significat Paterculus lib. 1.
Roman. Histor. At quinque Fabio, Decio Mure quar-
sum Coss. quo anno Pyrrhus regnare. capit, Sinuesso
Minturnasque missi coloni. Propinquitatem harum ur-
bium designat & Cicero lib. 15. ad Att. Epist. 2. XV.
Calend. e Sinuesso proficiscens, cum dodicens ad te
literas, divertissimque a Cumis in Vesciano, accepi a fa-
bellario tuas literas. Vulgati codices perperam Vesci-
ano habent: imo corrigit Gronovius Vescino, nam lem-
per apud Latinos legitur. Vescinas, nusquam Vescianus:
& pro Cumis reponit Minturnis, cum Cuma longe ab-
sint. Idem mendum cum Cluverio subodorati sunt
omnes viri docti in eodem Cicerone in Orat. 1. ad popu-
lum contra Rullum de Legi Agraria: Albanus ager eß,
Setinus, Privernas, Fundanus, Vestinus, Falernus,
Liternus, Cumensis: ubi legunt Vescinus, cum recto
ordine omnes isti agri inter se jungantur. Et in Livio
lib. 10. cap. 13. ubi emendant: In Samnio novi exercitus
excorti, ad depopulandos imperii Romani fines, per Vesci-
nos in Campaniam Falernumque agrum transcendunt. Ve-
rum non in unius tantum Livii & Ciceronis exempla-
ribus ea labes se se continuit, sed alii etiam Auctores
eorum contagione correpti fuerunt: ut Plinius, qui
lib. 11. cap. 42. de optinis caseorum generibus sic scri-
bit: Proximum Urbi Vestinum, eumque a Caditio campo
laue.

126 IN MEDITERRANÆ CAMPANIÆ

lendasissimum: legit *Vescinum* eruditissimus Cluverius Ital. Antiq. lib. 2. cap. 10. ex sententia Festi de *Caditis sebernis*, & Peregrinus disc. 2. cap. 8. nec non & Harduinus in Notis ad hunc locum; rati locutum Plinium de *Vescinis Campanæ* populis, non de *Vestinis*, qui ad mare superum Marrucinæ Sabinisque sunt finitimi, & non ab Urbe modo, sed ab ipso Latio disjuncti longissime, in quarta Italæ regione. Ita quoque legendum putant cum Gronovio Martialis Epig. 28. de *Caso Vescino* lib. 13.

*Si sine carne voleas jentacula sumere frugi,
Hac tibi Vescino de grege massa venit.*

Licet alii aliter sentiant de cit. locis Plinii & Martialis de hoc casei genere, vulgatorum & manuscript. codicum fide, aliisque rationibus nixi. Atque haec fuerunt in causa, quam ob rem pro *Vestina*, scilicet *urbis*, ut habent vulgati Antonii codices, & infra pro *Vestini*, reposuitus *Vescia* & *Vescini*. Nam *Vescia*, non *Vestia* fuit primum ab occidentali latere mediterranæ Campanæ oppidum, cuius ager Minturnensis erat affinis, &c. quæ subdit Auctor ad eam designandam. Et quamvis fortasse videri possit haec lectio non ad autographi fidem, tamen si ita scripsit Antonius, cui utraque regio erat notissima, tam & *Vescinam* describat hic in Campania, & *Vestinam* designet ad mare superum; non propterea improbandus, cum graves in hac re sectatus sit testes, & optimorum codicum auctoritatem, qui hanc ipsam Campanam regionem *Vestinam* appellant.

(196) *Ab illa est cognominata Ausonia] Ausonia civitas ab Ausonibus. Ha circunpositæ, nec admodum late primum regiorum, haec denum Italæ nomos dedit. At Ausona urbs nomen accepit ab Ausone Ulyssis filio. Festus de Verb. signific. Ausoniæ appellavit Auson, Ulyssis & Calypsa filius, omne prissimum partem Italiae in qua sunt urbes Beneventum, & Cales: deinde paullatim tota quoque Italia, qua Apennino funditur, dicta est Ausonia ab eodem duce: id est, primam nominis dante originem. Nam certa est, longe post ducis obitum tantam.*

DESCRIPTIONEM NOTÆ. 127

cam ejus nominis dilatationem factam. Ita recentiores quidam scriptores putant. At Auctori nostro longe alia sententia est. Non enim dictam prodit *Ausoniam* ab *Mys-*
sis filio, qui longe posterior Campanis, & Italis Ausoniis
 fuit aetate, ac nunquam *Ausoniam*, eorundem Auso-
 num urbem principem, fundavit, ut scite arguunt Jo-
 haannes Ietzes in Histor. 16. Chiliad. 5. & Cluverius lib. 3.
 Ital. Antiqu. cap. 9. sed a vetustissimis illis Italæ popu-
 lis Ausoniis, quos etiam *Auruncos* appellant. Hæc histo-
 ria veteris gravissima momenta illustrat Peregrinus in
 Apparatu ad Antiquitates Capuz discursu 4. cap. 4. que
 loco merito Cluverium reprehendit, quod *Auruncam* seu
Ausoniam a Livio lib. 8. laudatam non alteram censeat ab
 antiquissima, qua longe antea extabat in Campania. De
 pervetufo Italæ populo loquens Virgilius lib. 11. En.

252.

O forense genere, *Saturnia Regna*,

Antiqui Ausonii —

Ubi Servius: *Antiqui Ausonii*, quia qui prius Italiana
 temerare, *Ausones* dicti sunt.

(197) *Magna Gracia*] Seneca lib. de Consol. ad Hel-
 viam matrem cap. 6. Totum Italia latus, quod infero
 mari attinet, major *Gracia* fuit. De qua Justinus lib. 20.
 Histor. cap. 2. & alii. Anteauis Galateus lib. de Situ Ja-
 pygia, non modo dextrum, sed & sinistrum desinentis
 Italæ latus, infero superoque mari ablatum, *Magna Gra-*
cia apud veteres nomen tulisse scribit. Consule si lubet
 notas Lipsi ad citrum locum Senecæ. At cur id nomen
 magnificum Italæ dumtaxat parti inditum? Duas affert
 causas Festus, quod eam *Siculi quondam obtinuerunt*. Et
 id quidem ad rem nihil. *Vel quod in ea multa, magna-*
que civitates fuerunt ex Gracia profectæ. Hæc propior
 vero videtur accedere. Et nisi nostra nos fallit opinio,
 comprobatur etiam a Cicero in 4. Tusc. Quest. libro:
Quis est enim qui posset, quam floribet in Italia Gracia
potentissimis & maximis urbis, enique Magna Gracia
dida est, &c. Honorificum hoc nomen ab iis etiam, que
 in illa regione Philosophi, ac docti homines profitebantur,

li-

liberalium artium & doctrinarum institutis oriri potuit. Idem M. Tullius in libro de Amicitia: *Plus antiquorum apud me auctoritas valet, vel nostrorum majorum.... vel eorum qui in hac terra fuerunt; Magnamque Graciam (qua nunc quidem deleta est, tunc florebat) institutis & praeceptis suis erudierunt.* S. Hieronymus in Epist. de Divinis Libris ad Paulinum: *Sic Pythagoras Memphis vates, sic Plato Aegyptum, & Architam Tarentinum, eamque oram Italia, qua quondam Magna Graecia dicebatur, laboriosissime peragravit; ut qui Athenis magister erat, & potens, cujusque doctrinam Academia gymnasia personabant, fieret peregrinus, atque discipulus.* Sunt tamen quibus alia de re ipsa sententia est. Joseph Scaliger in castigationibus & notis ad Sexti Pompeii Festi libros de Verb. signif. pag. 81. *Quare Gracia dicta sit non dubitatur, sed quare major Gracia.* Certissimum est ita vocatam a Romanis, quia propior ea esset illis, quam transmarina Gracia. *Quemadmodum contra Graecos Italos ipsi Graci transmarini vocabant Etruscos, id est, barbaros.* Plinius tamen lib. 3. cap. 5. non a Latinis, sed ab ipsis nativo elatis fastu, eam Italæ partem *Magnam Graciam* dictam existimat: *Ipsi de ea iudicaverunt Graci, genus in gloriam suam effusissimum: quotam partem ex ea appellando Graciam Magnam?* Absurdum fortasse non est conjicere ea insuper ratione id nomen Italæ partem obtinuisse, quia in ea regione plures quam alibi in Italia universa Graecæ essent urbes, vel qui Graecis ritibus ac more gubernarentur populi. Vide quo sô Ciceronem in Orat. pro Archia Poëta, Livium Decad. 4. lib. 5. cap. 16. Tacitum lib. 15. cap. 33. Antonius Galatenus cit. lib. de Situ Japygiae aliam ejusmodi appellationis assert rationem: *Ha peninsula, inquit, & interjacens ora antiquis temporibus non solum ceteris terris, sed ipsi quoque Gracia pralata, ob ingentem & urbium, & virorum nobilitatem, & celi clementiam, & soli ubertatem, Graecis omnibus consentienteibus, nomen fibi Magna Gracia vindicavere.* Franciscus denique Mendoza lib. 5. de Floribus variis Problemata 53. n. 130. tam existim nominis splendorem,

DESCRIPTIONEM NOTE: 129

dorem, non nisi a Gracis, qui in illa armis occupata sedem collocarunt, nobili Italæ parti accessisse putat. Mirum fortasse erit pluribus, ipsammet regionem, quam Graciam Magnam appellatam vidimus, apud nonnemini-
nem dictam & Parvam. Janus Palmerius Mellerus in Spicilegiis ad Plauti Truculentum Act. 2. Sc. Ne exspectetis, putat legendum: Attuli eccam pallulam ex Parva Gracia tibi: cuius lectionis rationem afferens: Parva Gracia scripsi, quia quam Italia pars Graci ipsi Magnam Graciæ appellabant, eam Itali Parvam Graciæ. De Magna Gracia, quam nunc Calabriam dicimus, late scripte Gabriel Barrius, Johannes Flores, Jo: Baptista Nola Molisius, Hieronymus Marafiotus, Joseph Granus.

(198) Tenuerant Ausones] Quæ de Ausonibus, oram Magnæ Graciæ incolentibus, ejusque mari Ausonio nota h̄ic noster Auctor, desumit ex Dionysio Halicarnassio lib. 1. Histor.

(199) Suessa, cognomento Aurunca ab Auruncis] Suessa ab Auruncis quondam fundatam urbem, Aurunca demum deleta, a Sidicinis finitimis tuccisæ urbis austam fuisse populo, constans, & vetus est historia. Hinc Sueßam Auruncam, ac etiam Ausoniam ab antiquis scriptoribus appellatam legitimus. Livius lib. 8. cap. 13. Fama afferitur, Auruncos metu oppidam deseruisse: profugosque cum conjugibus, & liberis Sueßam commississe, qua nunc Aurunca appellata: mania antiqua eorum, urbemque ab Sidicinis deletam. Interiecto tempore Romanorum Colonia facta est Suessa ex eodem Livio lib. 9. cap. 19. & Patrculo lib. 1. cap. 14. In hac urbe natus est Lucilius Poëta clarissimus Satyrarum scriptor, Pacuvio Accioque synchronous, ut notat A. Gellius lib. 17. Noct. Attic. cap. 21. Quod Satyras scripsit, acer & violentus Poëta dicitur a Macrobio lib. 3. Saturn. cap. 16. Juvenalis Sat. 1.

Cur tamen hoc libeat potius decurrere campo,
Per quenq; magnus equos Aurunca flexit alumnus.

Et Ausonius ad Tetradium:

Rudes Camanni qui Suesse provenis.

R

Ita

130 IN MEDITERRANÆ CAMPANIAE

Ita enim apud Ausonium legendum ostendit Joseph Scaliger in Lectionibus Ausonianis. Tempore M. Tullii Ciceronis erat Municipium, ut constat ex Epistola & ad Brutum: Phil. vero 13. *Lautissimum oppidum, inquit, nunc municipium, benefissimorum quondam colonorum, Sueffam fortissimorum militum sanguine impletum.* Hanc ipsam Sueffam Auruncam in Campania posuitam, nonnulli perperam confundunt cum altera Sueffa Pometia, quæ ad Volscos spectabat. Eodem errore laborat Lucius Savus, qui præcipuum de Campanæ Sueffæ antiquitatibus librura vulgavit, inscriptum hoc titulo, *L'Antichissima Sessa Pometia, Discorso Istorico.*

(200) *Fuit altera Sueffa Pometia Volscorum]* Hanc Dionysius Halicarnassensis primariam Volscorum urbem appellat lib. 6. & Strabo lib. 5. ejusdem gentis Metropoli. Livius pluries de Sueffia Pometia scribit, lib. 5. cap. 20. *Is (Tarquinius nempe Superbus) primus Volscis bellum in ducentos amplius post suam statem annos movit, Sueffamque Ponetiam ex his vi cepit.* Lib. 2. cap. 14. *Mox ipsa castra, legionibus circundatis, cum Volscos inde etiara pavor expulisset, capta, direptaque. Postero die ad Sueffam Ponetiane, quo con fugerant boves, legionibus ductis, intra paucos dies oppidum capitum.* Virgilius lib. 6. Aeneid. 775.

Pometios, Castrumque Inui, Bolanaque, Coramque. De Pometia & Plinius lib. 2. cap. 5. aliique Geographi.

(201) *Pontina Palude ferunt bambana]* De hujusmodi Palude Pontina, sive Pontina Plinius lib. 2. cap. 5. Post eum annum accessit Italia aliud miraculum: *A Circceis Palus Pontina est, quem locum viginti trium urbium fuisse Musianus Proconsul prodidit.* Pontina Palus in Latio a Pontia arbre dicta est, ut notat Festus. *Saturna* appellatur a Virgilio lib. 7. Aeneid. & Silio Italico lib. 8. *Via dividebatur uia ex Lucano lib. 3.* De illa Tacitus lib. 15. cap. 45. Plinius lib. 2. cap. 5. & lib. 26. cap. 4. Juvenalis Sat. 3. De iis, qui Paludem ipsam exsiccare cogitarunt, vel tentarunt, viris Principibus plura

DESCRIPTIONEM NOTE. 131

ra notat Marcellus Donatus in Dilucidat. ad cap. 44. Suetonii in Cesare.

(202) *Antiqui tamen Sidicinas, & Picenas pratulerunt cunctis*] Plinius lib. 15. cap. 3. differens de natura Olivarum: *Italicis transmarina preferuntur in cibis. cum oleo vincantur: & in ipsa Italia ceteris Picene, & Sidicina.* Martialis lib. 5. Epigr. 79.

*Succurrent tibi nobiles oliva,
Piceni modo quas tulere rawi.*

Lib. 9. Epigr. 54.

Si mihi Picena turdus palleres oliva.

Et lib. 13. Epigr. 33.

*Hec qua Picenis venit subducta trapetis,
Incobat, atque eadem finit oliva dapes.*

(203) *Ad succidias*] Tergum, seu carnis suillaæ mafsa sale condita, & in cibarium servata usum, continens pernam, petasonem, & lardum, Succidia est. Varro lib. 4. de L. L. non a succidendo, ut quidam censem, sed a suibus cadendis dictas Succidias existimat. Id enim pecus omnium primum occidere, & sale condire coeperunt. Vide Auctorem ipsum lib. 2. de R. R. cap. 4.

(204) *Inundantis Nili incremento, frugibus cumulatur Ægyptus*] Seneca Natur. Quæst. lib. 4. cap. 2. Quantum crevit Nilus, tantum spei in annum est. Nec computatio fallit agricolam: ideo ad mensuram fluminis respondet, quam fertilem facit Nilus. Plinius Junior in Paneg. Trajani: *Ægyptus alendis, augendisque sevibus ita gloriata est, ut nibil imbris, caloque deberet. Siquidem proprio semper amne perfusa, nec alio genere aquarum solita pingueescere, quam quas ipse devoverat, tantis segetibus induebatur, ut cum feracissimis terris, quasi nunquam cessura, cortaret.* Statius lib. 4. Theb.

*Sic ubi se magnis refluxus suppressit in antris
Nilus, & ea liquentia pabula bruma
Ore premat, fumant deserta gurgite valles;
Et patris undosi sonitus expectat biulca
Ægyptus; donec Phariis alimenta rogatus
Donet agris, magnumque inducat messibus annum.*

R 2

Et

123 IN' MEDITERRANÆ CAMPANIAE
Et Martialis lib. 10. Epigram. 74.

Non Hybla, non me spicifer capit Nilus.
Vide Scortiam lib. 1. de Natura, & Incremento Nili
cap. 7.

(205) *Teanum quoque cognomine Sidicinum*] Sic Plinius lib. 3. cap. 5. Miratur Cluverius, exscriptores Latinorum auctorum fere ubique per Græcam vocabulum hoc scripsisse literam Θ *Theanum*; quum ipsi Græci autores, Polybius, Strabo, Appianus, Ptolemeus, simplex Τ habeant *Teanum*. Duplex Teanum *Apulum*, & *Sidicinum* in Campania commemorant Strabo lib. 5. Geograph. & S. Paulius Nolanus Episcopus in 3. Natali S. Felicis. De Teano in Campania prodit Plinius lib. 2. cap. 107. *In agro Sabino, & Sidicino undum flagrare lapidem.* Ejusdem urbis meminere C. Gracchus in Orat. de Legibus promulgandis apud Getium lib. 10. cap. 3. Polybius lib. 3. Livius lib. 8. & Decad. 3. lib. 6. Horatius lib. 1. epist. 1. ad Mæcenatem, Valerius Maximus lib. 3. cap. 6. Strabo cit. loc. sua aetate magni nominis assem fuisse scribit. Silius Italicus lib. 9. de altero Bello Punico:

Nec Sidicina cohors desit —

Insignem Teanensium agri amplitudinem designat Seneca lib. 7. de Beneficiis cap. 4. *Fines Teanensem* (perpetram Arthenensium legunt vulgati quidam codices) aut Campanorum vocamus, quos deinde inter se visini privata terminatione distinguunt: & totus ager hujus, aut illius reipublicæ est. Vitruvius lib. 8. cap. 2. Mirificas in agro Sidicino acidæ aquas agnoscit, quæ habent virtutem, uti calculos in tesseris, qui nascuntur in corporibus hominum, potionibus discutant. Teanum Apulum laudat citatus Livius lib. 9. cap. 20. Excise urbis ruderæ inter Luceriam & Larinum videntur. Sunt etiam scriptores, qui veterum ædificiorum ruinas, quas Civitatenſis in Apulia urbis esse referunt, ad Apulum Teanum spectare censeant. Vide sis Pompeium Sarnellum Vigiliensem Episcopum, in memoris Beneventanae Provincie, sub titulo *Civitate*, num. XXIV.

(205)

(206) *Ausonius est gentis, cuius ager eximia est fer
tilisatis*] Virgilius lib. 10. Eneid. 564.

ditissimus agri

Qui fuit Ausoniām, & tacitis regnauit Amyclis

(207) *Sancti Felicis oppidum distat, vetustissimus
Sanfelicia gentis Dominate*] De hac re Franciscus Zaz-
zera in Familia Sanfelicia fol. 189. Petrus Vincenti Osti-
nensis in libro de Sanfelicibus, qui apud nos servatus M. S.
Philibertus Campanilis de Gente Sanfelicia fol. 324. Ca-
rolus de Lellis de Nobilibus Familiis Regni Neap. parte 1.
fol. 324. de eadēm gente nostra disserens, D. Didacus
Maza Patricius Salernitanus in vita Josephi Sanfelicis
Archiepiscopi Consentini, Apostolicae Sedis in Germania
Nuntii pag. 2. In hoc oppido, ejusque agro pervetusta,
& præstantissima effossa sunt diversi generis ex æra, &
diarmore ethnica monumenta: e quibus sepulcrum cu-
jusdam mulieris, florente scalptoria arte eleganter ela-
boratum, ex eodem Sancti Felicis oppido Neapolim in
Divæ Clæræ Templum adveatum, ibidem in gentilicio
Sanfeliciorum Sacello excipiendis cineribus Cæsaris San-
felicis Ducis Rhodi meliori sorte destinatum est: de quo
vide sis eruditissimum Bernardum de Monstaucon in
Diario Italico cap. XXI. pag. 714. & P. Jo: Baptisam
Ulso in suis inscriptionibus.

(208) *Casinum &c. M. Varro Samnites tenuisse prodidit*] In multis auctorum exemplaribus geminato SS inveni-
ri *Cassinum* nötat Cluverius: sed inscriptiones antiquas
pariter omnes, quotquot ad ejus pervenere notitiam,
simplex S habere. Id oppidum tenuisse Samnites scri-
bit Varro lib. 6. de L. L. ubi a Sabinis ortum traxisse
tradit; atque ita dictum a *vetusto nomine Cascus*, quod
Sabinorum lingua *Antiquum* significat. Casinum laudat
Livius lib. 2. Dec. 3. cap. 13. & lib. 6. cap. 9. Cicero
Phil. 2. Fuisse municipium liquet ex antiquo lapide
abud J. Gruterum pag. 351. num. 1. & alibi. Plinius
lib. 2. cap. 50. agens de aquarum miraculis: *In Casina-
te fluvius appellatur Scatebra, frigidus, abundantior
estate. In eo, ut in Archadiæ Stympbali, enascuntur
aqua-*

134 IN MEDITERRANÆ CAMPANIÆ
aquatilos musculi. Silius Italicus lib. 12. de Bello Punico :

— binc Allifanus Iaccho
Haud inaratus ager, Nymphisque habitata Casinæ
Rura evanescunt —

F. Blondus in Italia illustrata, & Leander Albertus in Descriptione Italica, Casinatum urbem intra Samnii fines constituerent : eos tamen a vero aberrantes, merito improbat Vincentius Ciarlantus in Memoriis historicis Samnii lib. 1. cap. 1. Casinatum montem, & agrum illustravit S. Benedictus, Occidentalium Monachorum Pater, toto terrarum orbe longe clarissimo ac nobilissimo Religiosorum virorum extructo cœnobio, cuius maxima, ac propemodum innumera decora præstat filere penitus, quam brevissime attingere.

(209) *Ad Latinam appositum viam*] Via Latina Roma Aquinum ducebat, inde Casinum, Teanum, & Cales: apud Casilinum jungebatur Appia. Id autem nomen ei factum suspicatur Peregrinus Discursu 1. cap. 6. quod priusque Latii veteris, & adiecti loca urbesque percurseret. Latinam viam laudant Cicero in Orat. pro A. Cluentio, Livius lib. 9. cap. 39. Seneca Epist. 77. ad Lucilium, Suetonius in Domitiano cap. 17. Juvenalis Sat. 1. Festus verbo Lemonia, & S. Paulinus in Natali 3. S. Felicis. Strabo lib. 5. inter nobiliores & illustriores Italæ vias Latinam recensuit.

(210) *Casinates aut Ausonius, aut Latinorum*] Plinius lib. 3. cap. 5. Et qui ex agro Latino, item Hernico, item Labicano cognominati, Bowilla, Calatia, Casinum, Calenus.

(211) *Labitur per hunc agrum flumen Vinium, ad cujus ripam M. Varronis fuit Museum*] De flumine Vino, Casinatem agrum perfluente, suoque Museo minuit ipse Varro de R. R. lib. 3. cap. 5. Cui ego: Quum habeamus sub oppido Casino flumen, quod per villam suac liquidum, & altum, marginibus lapideis, latius pedes LVI. & e villa in villam pontibus transeat, longum pedes DCCCL. directum ab insula in Museum, quo est ab

*ab Vino fluvio; ubi confluit altera annis ad fonsmum
flumen; ubi est Museum.* Cluverius Ital. Antiq. lib. 3.
cap. 8. dubitat an latus incorruptum sic apud Varronem
nomen *Vinium*, quippe nonnulla exemplaria habent *ab
Vino* fluvio: itaque suspicatur scripsisse Varronem *ab vi-
cino* fluvio. Johannes vero Harduin ad illud Plini.
lib. 2. cap. 102. *In Casinate fluvius appellatur Scatebra,
frigidus, abundantior aestate;* inquit: *Scatebra præterfluit
oppidum S. Germani prope Casinum, insitum in Vinium, cui-
jus Varro meminit: ambo deinde in Lirim, quem vocant
il Garigliano.* Musei autem reliquias extant in ipsis, quæ
et hodie visuntur, antiquarum fabricarum ruderibus.

(212) *Cujus rarissima villa elegans, artificiosaque for-
ma, &c.]* Elegantissimam villam per partes amoenissime
describit lib. 3. de R. R. cap. 5. flumina quo perluitur
porticus columnis lapideis intermedias arbustulis humili-
libus ordinatas, silvam manu satam, aviaria, piscinas,
stagna, rivos, fontes, aliasque id genus delicias: quas
hibi condiebat jucundissimis omnis sapientias doctrina-
que exercitationibus, de quibus meminit Cicero Philipp.
2: *Ab hac perturbatione religionum aduolas in M. Var-
ronis, sanctissimo atque integrissimi viri, fundum Casina-
rem.* Paullo post: *At quam multos dies in ea villa turpissime
es perbacchatus?* *Ab hora tertia bibebatur, ludeba-
tur, vomebatur. O teat ipsa misera, quam dispari domi-
no!* *Quamquam, quomodo iste dominus?* *Sed tamen quam
a dispari tenabantur!* Studiorum enim suorum M. Varro
voluit esse illud, non libidinum, diversorium. *Qua in il-
la villa ante dicebantur? qua cogitabantur? qua literis
mandabantur?* iura populi Romani, monumenta majo-
rum, omnis sapientia ratio, omnisque doctrina.

(213) *Quod vero tradit Strabo?* Vide lib. 5. Geogr.

(214) *Adjunguntur Venafrae?* *Venafrum, si fides
adhibenda viro doctissimo Petro Gravina Epist. ultima
ad Antonium Venaphram, ex antiquissima Italiae Volscorum
gente originem dicit. Memoratur plures a M. Tal-
lio in Epistolis ad Atticum, & Q. Fratrem. item ab
Appiano, Silio, aliasque antiquis Latinis, Gracisque
scri-*

136 IN MEDITERRANÆ CAMPANIE

scriptoribus. Campanas inter colonias recensetur a Plinio lib. 3. cap. 5. Fuisse vero ex alterius ordinis Praefecturi liquet ex Festo verbo *Praefectura*. Venafranos agros laudat Horatius lib. 3. Ode 5. Plura de Venafrō Johannes de Amicis Venafranus Jurisconsultus Consilio 101. & Petrus Gravina cit. Epist.

(215) *Jam collapo vetere ductu*] Id accidit fortasse quo tempore vivebat Cicero: nam ad Q. Fratrem data Epistola 1. lib. 3. de hoc ipso Venafrano aquarum ductu loquens, hæc habet: *Chilonem arcessiveram Venafro: sed ea ipso die quatuor ejus conservos, & discipulos Venafri cuniculus oppræsserat*. Aquæ ductus autem *Cuniculus* appellatur a Tullio, quia sub terra occulto tramite solet excurrere. Id nomen sortitus a *Cuniculo* animali Lepori simile, quod sub terra effossa delitescit, atque discurrit: ex M. Varrone de R. R. cap. 12. & Festo de Verb. signific. verbo *Cuniculum*.

(216) *Hac aquora ad sexaginta amplius stadia explicantur*] Aequor ab aquo & piano dictum notat Nonius: a quo non discrepat Cicero lib. 1. Quest. Acad. Hinc æque mari, atque camporum planitiei convenit. Virgilius lib. 1. Georg. 50. —

At prius ignotum ferro quam scindimus aquor.
Et lib. 12. Aeneid. 333.

— illi aequore aperto —

Ante Noros, Zephyrumque volant —

Cicero lib. 1. de Divin. Ut enim Ægyptii, ut Babylonii in camporum patentium aquoribus habitantes.

(217) *Quarum oleo ob purum succum, palmana, ut ait Plinius, unguenta dedere*] Histor. natur. lib. 15. cap. 2. Principatum in hoc quoque bono obtinuit Italia toto orbe, maxime agro Venafrano, ejusque parte qua Licinianum fundit oleum: unde & Licinia gloria præcipua oliva. Unguenta hanc palmam dedere, accommodato ipsis odore. Dedit & palatum delicatiore sententia. Oleum Venafranum laudatur a Varrone lib. 1. de R. R. cap. 2. Horatio lib. 2. Ode 2. & lib. 2. Sat. 4. Strabone lib. 5. Martiale lib. 13. Epigram. 95. Juvenale Sat. 5.

(218)

DESCRIPTIONEM NOTE. 137

(218) *Cales Ausonum oppidum*] Hujus urbis meminit C. Gracchus in Orat. de Legibus promulgandis apud Gelium lib. 10. cap. 3. M. Tullius lib. 8. ad Att. Epist. 15. & lib. 16. Epist. 11. Strabo lib. 5. Polybius lib. 13. Livius lib. 8. Ausonum urbem fuisse prodit: quod etiam 3. Decad. lib. 6. & alibi scribit. Idem priore loc. cit. & lib. 9. Romanorum coloniam fuisse indicat: quod & Velleius significat lib. 1. cap. 14. Ciceronis aetate erat municipium ex Orat. 2. in Rullum. Poëtae quoque meminere Calium. Virgilii lib. 7. Æneid. 726.

— *& quos de collibus altis
Aurunci misere patres: Sidicinaque juxta
Æquora: quique Cales linquunt: amnisque vadosi
Accola Vulturni* —

Silius Italicus lib. 12. de Bello Punico:

*Tum Sidicina legunt pernicibus arua maniplis,
Threiciamque Calem* —

S. Paulinus Nolanus Episcopus Natali 3. S. Felicis:

Quique urbem liquere Cales —

Calena vina, quæ optima in ejusdem civitatis agro fiebant, celebrant Horatius lib. 1. ode 20. & lib. 4. ode 12. Plinius lib. 14. cap. 6. Ipsemet auctor lib. 2. cap. 103. & Valerius Maximus lib. 1. cap. 8. num. 25. in agro Calleno aquam fuisse scribunt, quæ instar vini inebriabat homines.

(219) *Aetusque de iis in Urbe triumphbus*] In Capitolinis fragmentis in M. Valerii Corvi triumpho apud Gruterum pag. 297. ad perennem tantæ rei memoriam notatum legitur: *De Calenis Idibus Martii CDXIX.*

(220) *Ingenti comportata prada*] T. Livius lib. 8. cap. 14. narrata obſidione, & interceptione Calium: Nec majori certamine capti cum urbe Ausones sunt, quam acie fusi erant: prada capta ingens est: praſidioque imposito Calibus, reducta Romam legiones.

(221) *Stellatis ager*] Stellarem Campaniaꝝ agrum appellatum putant viri docti, quod amoenitate & feracitate non latus modo effet, sed & prosper: ex Stellos significatione tradita ab Ateio Capitone apud Festum.

S

A Tu-

278 IN MEDITERRANÆ CAMPANIÆ

A Tuscis ex Capena urbe profectis hujusmodi nomen ipsum et campo inditum, tradit idem Festus. Celeberrimus ager fuit apud veteres, ejusque meminere Livius lib. 9. 10. & 22. Cicero Orat. 1. & 2. in Rullum, Silius Italicus lib. 11.

— monstrant Capitolia celsa,

Stellatesque docent campos, Cereremque benignam.
Stellatis agri situm, fines, amplitudinem, & nomina illustrat Peregrinus Disc. 2. cap. 33. Consecratum Romanis fuisse, vigente Republica, narrat Suetonius in Cæsare cap. 20. De ejusdem agri consecratione erudite differit Marcellus Donatus in Dilucid. ad Suetonium pag. 217.

(222) *Atque Falernum*] Falernum campum amoenitate, ac ubertate præcipuum efferunt Dionysius Halicarnassus lib. 1. M. Varro lib. 1. cap. 2. de R. R. Livius lib. 8. Horatius in Epod. Ode 4. Insigni pariter ornat elogio Silius Italicus lib. 7. de Bello Punico:

*Hic vero, intravit postquam uberis arua Falerni,
Dives ea, & nunquam tellus mentita colono,
Addunt frugiferis inimica incendia ramis.*

Falernus mons vitibus vinoque illustris laudatur a Martiale lib. 12. Epigr. 46. Servio ad lib. 2. Æneid. Floro lib. 1. cap. 16. Quanti veteres fecerint vinum Falernum, liquet ex Horatio lib. 1. ode 20. Martiale lib. 9. Epigr. 12. 74. 94. lib. 11. Epigr. 37. & 50. lib. 12. Epigr. 17. & lib. 13. Epigr. 111. Quod mons Massicus intra Falerni agri limites censeretur, in eo natum vinum a monte dixerunt: de quo Columella lib. 3. cap. 8. Neque enim dubium est, Massici, Surrentinique, & Albani, atque Cæcubi agri vites maniam, quas serra suffinet, in nobilitate vini principes esse. Alii Falernum campum, & montem a Massico distinguunt: vide Plinium lib. 3. cap. 5. & Florum lib. 1. cap. 16.

(223) *In Campania Liberi, & Cereris esse certamen*] Plinius lib. 3. cap. 5. Hinc felix illa Campania est. Ab hoc fini incipiunt visifari solles, & temulentia nobilis succo per omnes terras inclyta, atque (ut veteres dixerunt)

sum-

DESCRIPTIONEM NOTÆ. 139

summum Liberi patris cum Cerere certamen. L. Florus lib. i. cap. 16. *Omnium non modo Italia, sed toto orbe terrarum pulcherrima Campania plaga est: nihil mollius caelo: denique bis floribus vernalis: nihil uberior salo: ideo Liberi, Cererisque certamen dicitur.*

(224) *Appia inflectebat via*] De via Appia tot ac tam illustria sunt veterum Scriptorum testimonia, ut nihil supra. Strabo lib. 5. inter præclarissimas totius Italæ vias recensuit. Statius lib. 2. Sylv. Carm. 2. *longarum viarum reginam nominat.* Procopius lib. 1. Histor. Gothorum, *præter ceteras omnes viam spectatu dignissimam dixit.* Quod ad ipsius auctorem attinet, M. Tullius Cicero in Orat. pro Cœlio: *Ap. Claudius Cacus pacem Pyrrhi direxit, aquam adduxit, viam munivit.*

(225) *Pergebat Brundusum*] Iter Roma Brundusium per viam Appiam describit Horatius lib. 1. Sat. 5. de eadem lib. 1. Epist. 18.

Brundusium Numici melius via ducat, an Appi. Stratam lapidibus ab Appio viam non excessisse Campaniam, notarunt jampridem viri critici. *Quis autem viam ipsam ad eam extremæ Italæ urbem extenderit, incomptum est.* Antonius Galateus lib. de Situ Japigie pag. 74. Galeni nono Therapeuticæ testimonio nixus id opus Traiano videtur tribuere. Variæ hodieque visuntur in variis Neapolitani Regni locis inscriptiones veteres, quæ id ipsum non obscure testantur. At restituisse, emendasse verosimilius. Antiquiorem enim Traiano Imperatore viam fuisse, quæ Roma ducebat Brundusium, Horatii aliorumque testimonia perspicue ostendunt. Vide sis Andream *della Monaca* lib. 2. Histor. Brundusii cap. 7. Lipsius in Notis ad Annales Taciti lib. 2. putat id factum a C. Graccho, vel a Cæsare, vel ab Augusto. Peregrinus Disc. 2. cap. 31. ad antiqua tempora revocat.

(226) *Trans Vulturum sunt Osci*] Auctoris in Ausonum agro Campaniam describentis vera assertio; quæ magis magisque illustratur a Virgilio lib. 7. Æneid. Strabone lib. 5. Velleio Paterculo lib. 1. Stephano Byzantino

140 IN MEDITERRANEÆ CAMPANIE
de Urbibus verbo *Astella*, & aliis pluribus.

(227) *Oscorum*, quæ *vetusissima* est *Italia gens*, *caput eras Capua*] Hæc Strabo lib. 5. Hinc factum, ut Capuani *Osci* appellarentur antiquitus, ut notat Servius in Comment. ad lib. 7. *Aeneid.* & *Opicia*, seu *Opicorum campus* Capuana regio, ex Aristotele lib. 7. Polit. cap. 10. Thucidide lib. 6. Dionylio Halicarnasseo lib. 1. & lib. 7. Pausania lib. 7. 8. & 10. Dione lib. 38. & Stephano Byzantino lib. de Urbibus. Vide Cluverium lib. 3. cap. 10. Ital. Antiq.

(228) *Ad Trojanorum ducem Capym quidam revocant*] Suetonius in C. Julio cap. 81. Quum in colonia Capua deducti lege Julia coloni ad extruendas villas, sepulcra vetustissima disicerent; idque eo studiosius facerent, quod aliquantum vasorum operis antiqui scrutantes reperiebant; tabula ænea in monumento, in quo dicebatur Capys conditor Capua sepultus, inventa est, conscripta literis, verbisque Gracis hæc sententia: Quando ossa Capys detecta essent, fore ut Julo prognatus manu consanguineorum necaretur, magnisque mox Italiae clædibus vindicaretur. Apud Servium Grammaticum in lib. 10. *Aeneid.* scribit Cœlius, Trojanum *Capym* condidisse Capuam, eumque Æneæ fuisse sobrinum. Virgilius lib. 10. *Aeneid.* 145.

Et Capys: hinc nomen Campanæ dicitur urbi.
Statius lib. 2. Silv. Carm. 5. ad uxorem Claudiam:

— At hic magna tractus imitantia Roma.
Quæ Capys advełlis complevit menia Teucris.
Silius Italicus lib. 11. *Capym*, qui Capuam fundavit, Asfaraci filium, Anchise patrem, avumque Æneæ fuisse prodit:

Hinc Tros, hinc Ilus, generis tunc ordine longo
Assaracus, nulloque minor famave, manuve,
Tum Capys ut primus dederit sua nomina muris,
Concelebrant plausu pariter Sidonia pubes,
Campanæque manus —
De Capyx fundatore, variaque de illo Scriptorum sententia, lege Servium in Comment. ad 10. lib. *Aeneid.* Marcellum Donatum in Dilucidat. ad Suetonium in Cæsare

DESCRIPTIONEM NOTÆ. 141

sare cit. cap. 81. & Peregrinum Disc. 4. cap. 7. Plura nos de Capua nomine paullo post.

(229) Et Oscam, & Vulturnum prius vocatam] Unde, & cur Capua Osca sit quondam appellata, licet arguere ex iis, quæ paullo ante notavimus. Quod ad Vulturnum nomen attinet, Livius lib. 4. cap. 19. de rebus gestis, C. Sempronio Atratino & Q. Fabio Vibulano Cosl. differens: Peregrina res, sed memoria digna traditur eo anno facta: Etruscorum urbem, qua nunc Capua est, ab Samnitibus captam; Capuanamque ab duce eorum Capy; vel quod proprius vero est, a campetri agro appellatam. Plutarchus in Annibale urbem Capuam Vulturnum primum dictam scribit, Capuam deinde ab duce Capy: vel quod proprius vero sibi videtur, a Campetri agro. Fortassis apud Livium ante illa verba Etruscorum urbem deest Vulturnum, ut re vera habent optimi codices. Vix enim credi potest urbem ipsam indicare voluisse sine veteris nomine, quo Etruscis dominantibus, vel antea insignita fuerat: quum præsertim Scriptores alii id præstiterint diligentissime. Servius ad lib. 10. Æneid. Alii a Tuscis quidem retentam, & prius Voltturnum vocatam (Aliternum perperam legitur in quibusdam vulgatis codicibus) Tuscas, a Samnitibus exactos, Capuam vocasse: ob hoc, quod hanc quidam Falco condidisset, cui pollices pedum curvi fuerunt, quemadmodum Falcones aves habent, quos viros Tisci Capuas vocarunt. Pompeius Festus: Capuam in Campania quidam a Capy appellatam ferunt, quens a pede introrsus curvato nominatum antiquis, nostri Falconem vocant. Consule Josephum Scaligerum in Notis ad Festum verbo Capuam pag. 28. & sequ. editionis Parisiensis.

(220) M. Varro ad campestrem retulit sedem] Servius in lib. 3. Æneid. Varro dicit propter cœli temperiem, & cespitis secunditatem campum eundem Capuanum, sive Campanum dictum. Quo loci ea Varronis sententia est, ut Capuam a Campo dictam censeat. Καπτύλας enim græce curvus sonat & inflexus, quemadmodum sinus est Campanus. At ad Capuam, quo tempore præsertim hoc

no-

142 IN MEDITERRANEÆ CAMPANIE

nomen obtinuit, totus nunquam Campanie sinus pertinuit. Quare Camillus Peregrinus disc. 1. cap. 2. Varonem simul & Servium reprehendit, quod alter minus veram nominis originem indicavit, alter quod a forma soli ad naturam vocabulum transtulerit, & quasi *sinum salutis*, & *fructum* interpretatus sit. Cæterum fuisse veteres, qui Capuam a *planicie regionis* dictam prodiderint, narrat Festus lib. 3.

(231) *Quod caput esset Campania*] Livio lib. 3. dec. 2. cap. 7. dicitur Capua, *quod caput non Campaniae modo, sed post afflictam rem Romanam Cannenſi pugna, Italia fit*. Pausanias lib. 5. Capuam *regionis totius caput* appellat. L. Florus lib. 1. cap. 16. eodem titulo cohonestat Capuam.

(232) *Campanus quippe ager opimus, orbisque terra pulcherrimus*] Cicero Orat. 2 aduersus Rullum ubertatem agrorum Campanie, & rerum omnium abundantiam pluribus extollit, Campanumque agrum *orbis terre pulcherrimum* appellat. Ibid. *Campani*, inquit, semper superbi *bona eae agrorum, & fructuum, magnitudine urbis, salubritate, descriptione, pulchritudine*. Livius lib. 7. cap. 25. Campanos laudat, *quod agrum Italia uberrimum, dignam agro urbem haberent*. Plinius lib. 18. cap. 12. *Universas terras campus Campanus antecedit*. L. Florus lib. 1. cap. 16. *Omnium non modo Italia, sed toto orbe terrarum pulcherrima Campania plaga est*. Nec alia veterum Poëtarum sententia fuit. Virgilius lib. 2. Georg. post optimæ feracissimæque telluris recensitas do tes:

*Talem dives erat Capua, & vicina Vesuve
Ora jugo _____*

Propertius lib. 3. Eleg. 4.

Nec mihi molle jugis Campania pinguis aratur.

Tibullus lib. 1. Eleg. 9.

Nec tibi si pretium Campania terra daretur.

Silius Italicus lib. 8. de Bello Punico:

*Jam vero quos dives opum, quos dives avorum,
Et rara dabat ad bellum Campania traxit.*

Pru-

DESCRIPTIONEM NOTÆ. 143

Prudentius lib. 2. contra Symmachum:

Illic lascivum, Campania fertilis, boſtens

Delicia vicere tua —

Sidonius Apollinaris Carm. 18.

Lacrinum dives bagnum Campania nolle.

(232) *Publicorum operum erexit spectacula*] Quod longe pulcherrimis aedificiis publicis praestaret Capua, nobilissimæ urbis pulchritudini, totiusque Campaniæ dignitati consulentibus Romanis, post alterum bellum Punicum, recepta urbe, ac de fontibus acerbissimo sumto suppicio, *Non savitum incendiis*, inquit Livius lib. 6. Decad. 3. cap. 12. *ruinisque in teſta innoxia, murosque: & cum emolumento quaſita etiam apud socios lenitatis species, incolumitate urbis nobilissima opulentissimaque: cuius ruinis omnis Campania, omnes, qui Campaniam circa accolant, populi ingemineſſent.* Prodit idipſum & Cicero Orat. 2. in Rutlum, quum scribit: *Crudelitatis infamiam Romani effugerunt, quod urbem Capuam ex Italia pulcherrimam non suffulerunt.* Appianus Alexander lib. 4. Bellorum Civilium inter Italas urbes insignes, quæ tunc temporis agrorum feracitate, opibus, & aedificiorum pulchritudine praestabant, primam memorat Capuam.

(234) *Dua Amphitheatri moles*] Statius lib. 3. Silv. Carm. 5. ad Uxorem, nobiliora Campaniæ aedifica laudans:

Quid nunc magnificas species, cultusque locorum, Templaq; & innumeris ſpatia interſincta columnis, Et geniuam molem nudi, teſtique theatri.

In Campaniæ Amphitheatum extat elegantissimum Sannazarii Epigramma lib. 2. num. 37. Et alterum Auctoris nostri in hoc libello descriptum, Carm. Juvenil. lib. 3. num. 6. Augustorum vigente dominio excitatum putat Peregrinus Disc. 4. cap. 14.

(235) *Opere Dorico tam vafæ*] Opus Doricum septies crastitudinem continet. Vide Vitruvium lib. 4. cap. 1. & Serlium de Antiq. lib. 3. pag. 60.

(236) *Barbarorum ferro, incendiisque lacera & cor- rupta*

144 IN MEDITERRANÆ CAMPANIÆ

rupta] Wandalorum, Maurorumque potissimum immanitate id factum. Paulus Diaconus lib. 5. Histor. ad Eutropium: *Relicta urbe, per Campaniam se se Wandali, Mauri que effundentes, cuncta ferro, flammisque consumunt. Quidquid superesse potest, diripiunt, Capuanque nobilissimam civitatem ad soluna usque dejiciunt, captivant, pradantque.*

(237) *Campani Patricii*] Constat ex Livio lib. 1. cap. 4. centum a Romulo Senatores creatos esse, eosque honoris causa *Patres* appellatos: illos vero, qui ex eorum progenie nati erant, *Patricios* dictos. Hos *ingenuos* vocat Cincius in libro de Comitiis apud Festum. *Patricios majorum gentium* etiam nuncupatos, ex pluribus Scriptoribus liquido constat. Prima populi universi apud Romanos divisione in Patricios fuit, atque Plebeios, nulla habita ratione neque census, neque ordinis, sed tantum generis. Nam Patricii erant, qui genere erant nobilissimi; Plebeii vero reliqui cives genere non adeo illustres. Ipsi tamen Patricii divisi inter se per classes pro cuiusque censu; ac quidam in Senatorio ortine, nonnulli in Equestris, aliquot etiam inter Pedites censebantur, ut ostendit vir doctissimus Nicolaus Gruchius lib. 1. de Comitiis Romanorum pag. 114. & sequ. Erant etiam *Minorum gentium* & *Aliecti* Patricii, si scilicet, qui ex Plebe ad Senatum transibant, exindeque evadebant Patricii, ut constat ex Suetonio, Tacito, & aliis. Patricii magistratus meminit Cicero Epist. 5. ad Brutum. Patriciam dignitatem a Constantino Magno institutam illustrat clarissimus Bulengerus lib. 3. de Imperio Romano cap. 1. De utriusque ordinis Patriciis Ludovicus Vives apud Gulielmum Canterium Novar. Lection. lib. 2. cap. 24. Cum de Patriciis ipsis, tum etiam de Patricio magistratu, ac dignitate Patricia eruditissime more suo differit Baronius in Notis ad Martyrologium Romanum die 27. Augusti lit. b, in Natali S. Rufi Episcopi Capuanæ Patriciæ dignitatis.

(238) *Doctissimorum manu artificum scalpta gemma*] De Sculptura Aldus Mantuus lib. 3. de Quæstis per Epistolam Quæst. 9. Vide Stephanum de Antiqu. Gemm. Sculpt.

(239)

DESCRIPTIONEM NOTE. 145

(239) *Elegantissima signa*] Quid sit *Signum*, quæ ejus materia, & quid ei nominis subdit, eruditè exposuit Aldus Manutius lib. 3. de Quæstis per Epistolam libro Quæs. 5. de *Signo*, & *Statua* ad Johannem Michælium Equitem.

(240) *Confines Calatini*] Duæ fuerunt Calatia in Campania: harum altera inter Capuam & Caudium sita erat in via Appia, altera non longe ab urbibus Allifis & Callibus; ut liquet ex Livio, Tabulis itinerariis Peutingerianis, aliisque Geographis: quorum tamen nonnulli perperam utramque confundunt. De prima h̄ic sermo est: de qua Livius lib. 9. cap. 2. & Dec. 3. lib. 6. cap. 5. Alterius meminit idem Livius Dec. 3. lib. 2. cap. 10. Dubium est an illa sit *Calatia*, de qua Silius Italicus lib. 8.

— *Nec parvis aberat Calatia muris.*

Sociali Bello *Calatiens Capuensis colonia a Sylla adjudicata ob boſticam pugnam*, scribit Frontinus in libro de Coloniis. Cæsar qui multa in Campania sapienter instituit, primus a *Calatia*, mox a *Casilino* veteranos excivit paternos, teste Paterculo lib. 2. cap. 61. De hac Auctor noster paullo post.

(241) *Clarum bixoriis Casilinum*] Celeberrima Campaniæ urbs in utraque ripa sita Vulturni, ut perspicue constat ex Livio lib. 2. dec. 3. cap. 11. *Fabius Calliclam montes*. & *Casilinum oppidum occupat modicis præfidiis*: *qua urbs Vulturino flumine directa, Falernum a Campano agro dividit*. Et libro sequ. cap. 12. *Casilinum eo tempore quingenti. Præfecti habebant Interfectis nocte oppidanis, partem urbis, qua citra Vulturum est (eo enim dividitur amni) occupavere*. Romanorum facta colonia, interiecto tempore, a Julio Cæfare pristinæ conditioni restituta est. *Coloniam tamen eodem reduxit M. Antonius*: quem proinde improbat M. Tullius Phil. 4. *Casilinum coloniam deduxisti, quo eras paucis annis ante deduxa, ut vexillum tolleres, & aratrum circumduceres*: *cuius quidem vovare portam Capua pene perstrinxisti, ut florantis colonia territorium minueretur*. Plinii ætate erant & marientis *Casilini reliquie*, ex lib. 3. cap. 5. T (242)

246 IN MEDITERRANÆ CAMPANIAE

(242) *In summa ciborum inopia lora, detractasque scutis pelles*] Totidem fere verbis narrat haec Livius lib. 3. dacad. 3. cap. 14. de Casilini obsidione ab Annibale curata scribens: *Postremo ad id ventum inopia est, ut lora, detractasque scutis pelles, ubi servida mollissent aqua, mandere cogerentur: nec muribus, aliove animali abfinerent.* Historiam reconsuet Strabo lib. 5. Valerius Maximus lib. 7. cap. 6. num. 2. *Casilinates obsidione Annibalis clausos, alimentorunque facultate defedos, lora necessariis vincitorum usibus subducta, e que scutis detractas pelles ferventi resolutas aqua mandere voluisti.* Plinius lib. 8. cap. 57. *Venisse murem ducentis nummis, Caslinum obidente Annibale: eumque qui vendiderat, famas interisse, entrem vixisse, Annales prodidit.*

(243) *Falernum agrum a Campano disjungens*] Ex Lilio dec. 3. lib. 2. cap. 11. cujus verba Notatione proxima descripsimus. Minor haec Campania Falerno contermina, inter Vulturnum flumen & Acerras erat posita, ac inter Tifata montem & mare: *Capuanam* plerique nominant. De ea Cicero Orat. 1. & 2. in Rullum, Livius lib. 7. Varro lib. 1. de R. R. cap. 2. *Campanum campum ab agro Falerno, altera amplioris Campanæ parte, distinxit etiam Tibullus lib. 1. Eleg. 10.*

*Nun, tibi si pretium Campania terra daretur;
Non, tibi si, Bacci cura, Falernus ager.*

(244) *Poss Tifata montes*] Tifata montes ex illicibus traxere nomen, Festus: *Tifata illiceta.* Roma autem Tifata curia. Tifata etiam locus iuxta Capuam. Livius plunies Tifatorum montium meminit in Romana historia. Libro autem 7. cap. 2 r. *Tifata imminentes Capua colles* dixit. Ipsorum montium quercenta, quoniam erant confertissima, veluti leonum cubilia, poetica facultate a Silio Italico lib. 13. sunt exhibita:

*Tifata umbrifero generatum monte Calenum
Nutrierant: astare trucem, nec corpore magno
Mens erat inferior: subfondere sape leonem,
Nudus inire caput pugnas, vertare juvenc.*

(245) *Citra Tifata apertis in campis stetit Trebula*]

Illu-

Illustris Campaniae urbs Trebula fuit. Trebulanis eodem anno, quo Arpinatibus, data a Romanis civitas est, ex Livio lib. 10. cap. 1. Quæ de antiquæ Trebulæ situ prodit Antonius, comprobat Cluverius. Peregrino tamen disc. 2. cap. 22. non placent, ac utriusque clatissimi Scriptoris opinionem, non ineptis fultam momentis, nullo solido instructus argumento vir eruditus refellit. Vilus est enim potius ab ea voluisse recedere, quam ipsammet rationibus evertere, suamque, ut patet, sententiam solidioribus constabilire fundamentis. Auctori nostro adhaeret & doctissimus Antonius Caracciolum lib. de Sacris Neapolitanæ Ecclesiæ monumentis cap. 2. sect. 2. Porro, inquit, *Trebulanam in Campania urbem nobilis ille descriptor Campania Sanfelicius inter Sueffulam, & Capuam olim extitisse merito existimat*, Livio attestante lib. 23. *Combulariam, Trebulam, & Saticulam fuisse circa Capuam*. Eadem vero Auctori suspicio est, Trebulam corruisse funditus terræmotu illo ingenti, qui contigit Amantio & Albino Coss. eo quippe duodecim, sive, ut Cedrenus ait, tredecim Campania urbes eversæ traduntur. Nonnulli Campanam Trebulam perperam cum Sabina confundunt: quos cit. loc. reprehendit Caracciulus. Gravior est Servii error, qui *Trebiam non aliam fuisse urbem* scribit, quam quæ sua ætate dicebatur *Trebula*: eamque ipsam confundit cum fluvio *Trebia*, apud quem Romani ab Annibale vici narrantur. Vide Philippum Beroaldum in Adnotationibus criticis ad Servium cap. 34. Fuit & Trebula Sabinorum oppidum: quod *Tribulans* non *Trebulam* appellandum esse Græcorum scriptorum testimonio contendit laudatus Caracciulus. At vero Latini pari cum Campanæ urbis nomine dixerunt *Trebulam*: easique præstitisse optimis liquet ex Martiale in Xeniis Epigr. 30. cui titulus *Caser Trebulani*:

*Trebula nos genuit: commendat gratia duplex,
Sive levi flamma, sive dominarur aqua.*

De eodem Sabinorum oppido lib. 5. Epig. 71. ad Faustum:

246 IN MEDITERRANEÆ CAMPANIAE

*Humida qua gelidas submittit Trebula valles,
Et viridis Cancri mensibus alget ager.*
Plinius lib. 3. cap. 12. in regione quarta Italæ, Rentini, Trebulani, qui cognominantur Mutuscaei.

(246) *Trebianum pro Trebulanum scriptum legi, quod mendum correcimus*] Et quidem merito: ut enim pervetustos, eodemque emendatos Livianaæ Historiaæ codices omittamus, *Trebulanum non Trebianum* legentes plures suspetunt Ciceronis loci, præsertim lib. 5. Epist. ad Att. Epist. 2. & 4. qui restitutam lectionem comprobant.

(247) *Ident. auctor alibi juxta Capuam Trebulam nominat*] Lib. 3. decad. 2. cap. 30. Et circa Capuam, transgesso Vulturnum Fabio, post expiata tandem prodigia, ambo Consules rem gerebant. Combuleriam, & Trebulam, & Saticulam urbes, qua ad Pænum defecabant, Fabius vi cepit.

(248) *Atella*] Atellam laudant Livius dec. 3. lib. 6. cap. 11. & lib. 7. cap. 2. Strabo lib. 5. Oscurum sive Opicorum civitas erat, quam inter Capuam atque Neapolim constituit Stephanus lib. de Urbibus. Atellani populi memorantur a Plinio lib. 3. cap. 5. Silio Italico lib. 11.

*Jamque Atella suas, jamque & Calatia abegit
Fas superante metu, Pænorum in castra cohortes.
Romana vigente Republica, municipium Atellam suis-
se, agrumque vectigalem non contemnendum habuisse
in Gallia, constat ex Cicerone lib. 13. ad Famil.
Epist. 7. ad Cluvium. Ipsem Tullius lib. 2. Epist. 12.
ad Q. Fratrem, Atellanum municipium in fide sua ex-
titisse commemorat.*

(249) *Non venit in dubium ubi ceciderit*] Ad IX. Christi seculum retisse Atellam, liquet ex Herchempero in Histor. Longobard. n. 60. & 72. cuius ruinas juxta oppidum S. Elpidii, vulgo dicti S. Arpino, spectari, Auctoris nostri, & multorum eruditorum Geographorum sententia est. Sunt tamen nonnulli arbitrantes Ayersam fundatam esse, ubi quondam fuerunt Atelleæ.

læ. Hujus tamen fulciendæ opinionis nullum solidum argumentum áfferunt.

(250) *Romani, propositis pramiis, arte pollentes scenicas*] Livius lib. 7. cap. 2. Postquam lege bac fabularum ab risu ac soluto joco res avocabatur, & ludus in artem paullatim verterat; juventus, bistrionibus fabellarum ab reliquo, ipsa inter se more antiquo ridicula intexta versibus iactitare caput: quæ inde exodia postea appellata, consertaque fabellis potissimum Atellanis sunt. Quod genus ludorum ab Oscis acceptum tenuit juventus, nec ab bistrionibus pollui passa est. Eo institutum manet, ut actores Atellanarum nec tribu moveantur, & stipendia, tanquam expertes artis ludicra, faciant. Inter aliarum parva principia rerum, ludorum quoque prima origo ponenda visa est, ut appareret, quam ab sano initio res in hanc vix opulentis regnis tolerabilem insaniam venerit.

(251) *Atellanos fecero mimos*] Fabula Latina, inquit Diomedes lib. 3. a civitate Oscorum Atella; in qua prium cœpta dicta sunt: consule, quæ in hanc rem notat Valerius Maximus lib. 2. cap. 4. Huc spectat illud M. Tullii lib. 2. de Divin. Totum omnino fatum etiam Atellano versu jure ~~rebus~~ irrisum videtur. Sed in rebus tam severis non est jocandi locus. Juven. Sat. 6.

Urbicus exedio risum movet Atellana.

Fabius Chisius, Neritinus Episcopus, postea Alexander VII. Pontifex Maximus, Carm. 39. quo iter Melita Romam descripsit:

*majoribus olim
Atellam notam ludis, scenaque iocisque.*

Vel primo Christi seculo eadem urbs theatrum habuit, in quo patriæ fabulae ex veteri more exhiberentur. Suenitus in Tiberio cap. 75. Corpus ut moveri a Miseno capit, conclamantibus plenisque Atellam potius deferendum, & in amphitheatro semiustulandum, Romam per milites deportatum est, crematumque publico funere. Qui auctoris locus irrisione ac ludibrii certe genus spectat, vel mortuo Tiberio Imperatore dignum.

(252) *Ut Enniū*] Ennius Salentinus Poëta celeber-

150 IN MEDITERRANÆ CAMPANIAE

perrimus, a veteribus, & iis præsertim qui de Latinis Poëtis scripsere, laudatissimus. Nota est ipsius vita edita cum fragmentis operum. De Ennii urbe patria præcipuas dissertationes vulgarunt viri eruditio Joseph Baptista, & Abbas Dominicus de Angelis: quorum alter Ennium natum contendit Rudiis prope Tarentum, alter Rudiis non longe ab urbe Lupiensi. Utter veram solidiorumque propugnarit sententiam, viri docti facile judicabunt.

(253) *Gloriarique solitum se tria habere corda] A. Gellius lib. 17. Noct. A&C. cap. 17. Q. Ennius tria corda habere se dicebat, quod loqui Græce, & Osce, & Latine sciret.*

(254) *Hiffrionia viget] Ars, nimirum, scenica & ludicra. Hiffrones dicit, auctore Festo, quod primum ex Hiffria venerint. At vero Festi auctoritati, ut ait Philippus Beroaldus lib. Annotat. in auctores cap. 89. Livius lib. 7. cap. 2. & Valerius Max. lib. 2. cap. 4. refragantur, scribentes nomen Hiffrionibus fuisse inditum, quia Hiffrer Tusco verbo *Ludio* vocabatur.*

(255) *Acerra] Acerræ non contemnenda antiquitus urbs, cuius cives Romana fuerunt civitate donati, Livius lib. 8. cap. 15. Romani facti Acerrani, lege ab L. Papirio Pratore lata, qua civitas sine suffragio data. Magna a Pœnissimana passi sunt Acerrani, eodem teste Livio lib. 3. decad. 3. cap. 12. Frontinus in libello de Coloniis: Acerra muro ducta: colonia Divus Augustus deduci iussit. Post casum Romani imperii, quum Acerras, Atellanique Longobardi occupassent, & assidue Neapolitanos infestarent agros, a Bono Duce & Consule Neapolis utraque urbs vastata est. Extat apud Bartholomæum Chioccarellum in lib. de Episcopis & Archiepiscopis Neapolitanis sepulcrale ipsius Ducis Epitaphium, rudi minerva, & prout illa ferebant tempora, exaratum versibus, e quibus id constat.*

(256) *Infstante Clano] Oritur Clanius inter Abelam & Nolam parvis quidem fontibus, sed aliquando tanta pluviarum præsertim aquarum auctus copia, ut*

cir-

DESCRIPTIONEM NOTE. 151

circumjectos agros supereffusus, & gravitate cœli infestet accolas, & ditet ubertate frugum, ut ex loco Virgilii ab Antonio allato. Varia nomina apud Scriptores sortitus est; sed, ut notat eruditissimus Peregrinus disc. 2. cap. 14. appellatus est *Clanius*, *Clanis*, & *Glanis*, ubi nunc dicitur *Il Lagno*; ubi vero *Il fiume di Patria*, dictus est *Liternus*, ab antiqua scilicet urbe *Literno*, ibi olim extorta, ubi in mare se exonerat. Quoniam autem nomen *Clanis*, sive *Glanis* a nonnullis tributum quoque *Literno* legitur, ut a Dionysio Halicarnassensi lib. 7. & *Liri*, qui nunc *Il Garigliano*, ut a Strabone lib. 5. & Plinio lib. 3. cap. 5. idcirco errasse notat idem Peregrinus disc. 2. cap. 7. Appianum Alexandrinum, qui lib. 1. Civil. Bellor. *Lirini* appellat *Liternum*: inquit enim: *A Liri amne, qui nunc, ut ego opinor, Liternus diciatur.* Sicut etiam perperam confundunt eundem *Liternum*, Serabo cum Savone, Plutarchus cum Vulturno, & Ptolemaeus ponit ultra Cumas. Perperam quoque Lycophron *Clanium*, sive *Clanim*, & *Glanim* accipit pro Sebetho, apud eundem Peregrinum primo loc. cit. De eodem *Clanio* meminit Vibius Sequester in Catalogo fluminum, Servius ad cit. loc. Virg. Georg. 2. Silius lib. 8.

— *Clanto contemta semper Acerra.*

Neque confundendus cum altero *Glani*, sive *Clani*, vulgo *La Chiana*, qui Etruriam a Pontificia ditione dirimit: de quo Plinius lib. 3. cap. 5. & Silius lib. 8.

Et Clanis, & Rubico, & Senonum de nomine Sena. Neque cum *Clani*, Galliae fluvio in Picstaviensi regione, *Le Clain*, qui *Clanius* etiam dictus nonnullis.

(257) *Egyptiis maxime bobus*] Eos vulgo appellant *Bubali*. Ab *Egypto* vero in *Italiam* advectos, plures scribunt. Ibi enim hujusmodi inveniri boves, qui magnitudine cæteros vincant, tradit Petrus Bellonius lib. 2. Observ. cap. 28. Cæterum *Bubali* nomen non hodie tantum, verum etiam seculo Plinii fuisse confusum, tradit Gesnerus. Cui adhaeret & tyllyfides Abdrovandus de *Quadrupedibus bisatcis* lib. 1. cap. 5. *Ego quidem, inquit, in hoc assertior Gesnero, quod Bubalus veterum plane sit* di-

152 IN MEDITERRANÆ CAMPANIAE

diversus a vulgari , quem scilicet Roma , ac Florentia nunc Buffalum vulgo vocant . Quamvis enim per Gracianis , & Asiam , ut testatur Petrus Bellonius Observ. cap. 50. tam sint frequentes , ut nullum animal frequentius conspicatur : ideoque mirum prorsus videatur , Aristotelem , qui in animalium perquisitione septies centena quinquaginta coronatorum millia , expensas faciente Alexandro , insumfit , illius non meminisse .

(258) *Multivaga Nili flumina*] Nili cursus ad quadragesima & viginti stadiorum millia protrahitur , ejus flexibus omisitis , ut notat Franciscus Vimercatus lib. 2. Meteor. Aristotelis . In hoc fluxu septingentas insulas intercipere , quarum multæ cultæ sunt , & habitabiles , scribunt Diodorus Siculus lib. 1. & Plinius lib. 5. cap. 9. In plura deinde fluenta disceptus , lateque pererrans , tandem septenies amnibus in Mediterraneum æquor effunditur . Lege Scortiam de Natura , & Incremento Nili lib. 1. cap. 3. & 4.

(259) *Finitima Sueffula*] Sueffula inter Tifata & Claniū sita est . Laudatur a Strabone , aliisque Geographis , & in Tabula Peutingeriana . Sueffulani populi memorantur a Plinio lib. 3. cap. 5. Sueffulæ urbis conditionem & veterem statum designat Livius lib. 8. cap. 12. Campanos , Sueffulanosque ejusdem juris conditionisque , cuius Capuam , esse placuit . Sylla coloniam eo deduxit , Frontino teste in libro de Coloniis .

(260) *Aestivo in calore , prater catenarum usorem , redundantes , decrescunt per hiemem*] Aestate quadam flumina augeri , compertum eruditis est . De Nilo vide , quæ notantur a Scortia toto lib. 2. de Natura , & Incremento Nili . Theophrastus est auctor , in Ponto quoque nonnullos amnes aestate crescere . Ejus rei causas quatuor recentet Seneeca lib. 3. Natural. Quæst. cap. 26. Aut quia tunc maxime in humorem mutabilis terra est : aut quia majoris in remoto imbres sunt , quorum aqua per secretos canaliculos redditæ , tacite suffunditur . Tertia , si crebrioribus ventis ostium caditur , & reverberatur fluxu , anasis restitit : qui crescere videtur , quia non effunditur . Quartæ ratio est fiderum . Hac enim quibusdam mensibus magis

DESCRIPTIONEM NOTÆ

153

*gis urgent, & exhauiunt flumina: cum longius recesse-
runt, minus consumunt, atque trabunt. Itaque quod im-
pendio solebat, id incremento accedit, Lege cit. loc. Phi-
losophum.*

(261) *Ad Caudinas protenditur Furcas*] Caudinæ Fur-
cæ, Romanorum ignominia clarae, memorantur a Livio
lib. 9. cap. 2. & 3. Decad. vero 3. lib. 2. cap. 10. accurate
describuntur, non ita tamen clare finitimi designatis lo-
cis. Ad Samnites ea regio spectabat, ut constat ex eo-
dem Livio lib. 3. & 4. cit. Decad. & Polybio lib. 3. Leo
Ostiensis in Chronico Casinensi lib. 1. cap. 35. de Ludo-
vico II. Imperatore loquens: *Sueffulam adiit: demum
apud vallem Caudinam castramatus, non multo post in-
gressus est Beneventum.* Vincentius Carlantus lib. 2. cap. 7.
& 8. Hittor. Samnii de ignominia a Samnitibus Romanis
militibus irrogata ad Caudinas Furcas late differit: de il-
lustrando tamen loco ipso nihil laborat. Et tamen re-
centioribus Samnitibus, eruditione & locorum patriæ re-
gionis notitia egregie præstantibus, non una est de loco
ipso fententia. Non absimilem locum describit Virgilius
lib. 11. Eneid. 522.

*Eb. curvo anfractu vallis, accommoda frandi
Armorumque dolis: quam densis frondibus atrum
Urget utrinque latus: tenuis quo semita dicit,
Angusta que ferunt fauces, aditusque maligni.
Hanc super, in speculis sunomoque in vertice montis,
Planities ignota jacet, tutique receptus:
Seu dextra levaque velis occurrere pugno;
Sive instare jugis, & grandia volvere saxa.*

(262) *Persicis arboribus*] Persicam a Perside Asia re-
gione notissima dici, unde primum hoc genus arborum
in Italiam adiectum est, constans est Scriptorum affer-
tio. Sribit Galenus in lib. de Alimentis, Persica po-
ma in Perside non vacare periculo; contra in Ægypto
innoxia esse. Idem tradit Dioscorides lib. 1. cap. 115. Ad-
dit præterea Columella, Persicam arborem in Italiam
transmissam, ut Romani ejus fructu vescentes necaren-
tur, quum venenosa ac morbosa esset planta; mutatione

V loci

154 IN MEDITERRANÆ CAMPANIAE
loci factam innoxiam , lib. 10. de Cultu Hortorum :

— Et pomis , qua barbara Persis
Miserat , ut fama est , patriis armata , venenis ,
Ambrosios præbent succos , oblitera nocendi .

Persica inter mala numerantur a Cloatio apud Macrobius
lib. 3. Saturni cap. 19. De quatuor ejus generibus Plinius
lib. 15. cap. 22. Vide Menelphium in Mensa Romana
cap. 56. pag. 225.

(263) Et Cerasuntii a nobis potius petiisse] Cerasorum
arbor a Cerasunte Ponti urbe sic appellata ; inde in Ita-
liam translata a L. Lucullo bello Mithridatico . Athe-
næus apud Auctores Historiæ Plantarum lib. 1. cap. 30.
fol. 1213. sub nomine cuiusdam Laurentii Rhetoris in
Græcos invehitur , quod inter multa , qua sibi vindicabant , ab se vel primum inventa , vel nominata , Ce-
rasos etiam fuisse proderent : quum tamen Lucullus Ro-
manorum Imperator , qui Mithridatem , atque Tigranem
debellavit , a Cerasunte oppido Ponti hanc plantam ad-
duxerit , illiusque fructum de ejusdem civitatis nomine
appellaverit : quod proditum etiam a Græcis scriptoribus
narrat . Plinius lib. 15. cap. 25. Cerasi ante victoriam Mi-
thridaticam L. Luculli non fuere in Italia . Ad Urbis an-
num DCLXXX. is primum vexit e Ponto : annisque CXX.
trans Oceanum in Britaniam usque pervenere . Tertullianus
in Apolog. adversus Gentes cap. 11. Lucullus primus
Cerasa ex Ponto Italia promulgavit . §. Hieronymus in
Epist. ad Eustochium de acceptis ab ea munusculis : Ve-
rum , ne videar dona minusse , accepimus & canistrum
cerasis refertum , talibus & tam virginali verecundia ru-
bentibus , ut ea nunc a Lucullo delata existimaram . Siqui-
dens hoc genus pomi , Pontu & Armenia subjugatis , de
Cerasunte primus Romanum pertulit . Unde & de patria ar-
bor nomen accepit .

(264) Nolanorum populeta , multiplicis generis amicta
vitibus] Plinius lib. 14. cap. 1. In Campano agro populis
nubunt : maritasque complexa , atque per ramos earum
procacibus brachiis geniculato cursu scandentes , cacumina
equant , in tantum sublimes , ut vindemitor auditoratus
rogum ac tumulum excipiat . (265)

DESCRIPTIONEM NOTE. 155

(265) *Ora iugum*] A. Gellius lib. 7. Nocti Act. cap. 20. Scriptum in quodam commentario reperi, versus istos a Virgilio ita primam esse recitatos, atque editos:

Talem dives arat Capua, & vicina Vesuvio
Nola iugum — Postea Virgilium petuisse a Nolaniis aquam, uti duceret in propinquum rus. Nolanios beneficium petitum non fecisse. Poëtam offendit, nomen urbis eorum, quasi ex hominum memoria, sic ex carmine suo deratisse, Oraque pro Nola mutasse, atque ita reliquisse:

— Et vicina Vesuvio Ora iugum.

Eares vera ne, an falsa sit, non laboro: quia tamen melius suavis quo ad aures sit, quam Nola, Ora, dubium id non est. Sannazarius lib. 2. Epigr. 62. idem spectans, in Nolam urbem haec scripsit carmina:

Infensum Mijus nomen, male grata potenti
Virgilio operam Nola negavit aquam.

Noluit hac eadem Joviano rustica vati
Hospitiu[m] parva contribuisse mora.

Idcirco nimisrum hoc dicta es nomine Nola,
Nolueris magnis quod placuisse viris.

At tibi, pro scelere hoc, canosos fusa per agros
Exhausis populos Styx violenta tuos.

Jamquid quid, o nullis abolenda infamia seclis!
Imprecare & calam desit, & unda tibi.

(266) Incolebatque cum Georgica mandaret litteris]. Ex eodem Poëta lib. 4. Georg. vers. 563. Vide quæ alibi de re ipsa dixit Antonius.

(267) De Nolanorum vero origine varia est opinio] Solinus ab Ascanio Longam Albam, Fidenas, Antium, Nolam a Tyris, ab Eubœnisibus Cumas fundatas prodit: sed Lipsius pro Tyriis, fidenter rescribit Tyrrhenis. Trogus Pompeius apud Justinum lib. 2d. Histor. Nolanos Chalcidensium fuisse colonos scribit. Quare Silius Italicus lib. 13: de altero Bello Punico:

Hinc ad Chalcidensem transfert exitus agmina Nolam. Velleius Paterculus scriptor Campanus, qui Tiberio Caesarre imperante floruit, cap. 7. lib. 1. Histor. originem Nolæ

156 IN MEDITERRANÆ CAMPANIÆ

ad Etruscos refert, ejusque opinionis alios pariter laudat autores: *Quidam, hujus temporis tractu, ajunt, a Tuscis Capuam, Nolamque conditam, ante annos fere DCCCXXX. Quibus equidem assenserim.* Stephanus Byzantinus lib. de Urb. Nolam Aulonum civitatem appellat. Fortasse possessores, non conditores spectavit auctor. Vespasianus Cæsar nomen *Augusta Colonia* eidem tribuit, teste Frontino. Ambrosius Leo præcipuam Nolanæ urbis historiam scripsit, vulgavitque.

(268) *Id oppidum nobis erectum*] Veteres scriptores Nolam frequenter Campaniæ tribuunt. Vide ex his Livium lib. 9. cap. 19. & dec. 3. lib. 3. cap. 9. Suetonium in Tiberio cap. 40. Plinium lib. 3. cap. 5. At longum esset recensere singulos.

(269) *Nolanis contermini sunt Abellani*] Abella sita fuit, ubi nunc dicitur *Aveilla vecchia*, ad discriminem novar, quæ prope posita est. In vulgatis auctorum exemplaribus plerunque scriptum est *Aveilla* pro *Abella*. Ex Ptolemaeo tamen, qui Romanorum fere ubique per Italiam sequitur vocabulorum formationes, colligit Cluverius *Abella* pronunciaisse Romanos; is enim habet una cum Strabone Α'βλλα, alioquin scripturus erat Α'νλλα. Hujus urbis originem Trogus apud Justinum lib. 1. cap. 1. ad Græcos Chalcidenses refert. Servius in commentar. ad lib. 7. Æneid. in eandem sententiam descendit, & aliud quondam nomen eidem fuisse commemorat: *Quidam, inquit, hanc civitatem a Rege Murano conditam, Mæram nomine vocatam ferunt. Sed Græcos eam primo incoluisse, quæ ab uicibus Abellanis Abella nomen accepit. Alii quod imbelli vulgue & otiosum ibi fuerit, ideo Abellam appellatam.* Hujus cives quum loca circa Capuam possiderent, orto tumultu interiisse: aliosque fugientes Mæram abiisse, & ejus incolis struxisse (vitiosa lectio) & quod imbelliores fuerint, Abellanos dictos. Meminit Abellæ Strabo lib. 5. aliquique Geographi. Frontinus lib. de Colonis: *Abellam municipium coloni vel familia Imperatoris Vaspasiani iussu acceperunt. Postea ager ejus in jugeribus militi est adsignatus.*

(270)

DESCRIPTIONEM NOTÆ. 157

(270) *Cum Turno adversus Latinum, & Aeneam conspiraverant*] Turni Rutulorum Regis nota historia ex Livio lib. 1. cap. 1. Virgilio l.b. 7. Aeneid. & sequ. aliiisque Latinis scriptoribus, & Græcis. Laudatus Virgilius cit. ab Auctore nostro loc. Italie populos designans, qui Turno contra Latnum, atque Trojanos tulere supprias:

*Et quos malifera despectant mania Abella,
Tentonico rito solisi torquere catejas:
Tegmina queis capitum raptus de subore cortex,
Ærataque micant pelta, micat æreus ensis.*

(271) *Et pro Abella, dictum est Bella*] De Virgilii loco *Bella* an *Abella* legendō, & an hoc potius, quam illud verbum vates in suo poëmate adhibuerit, varia est criticorum sententia. Chritophorus Cellarius Geograph. Antiq. lib. 2. cap. 9. *Abella* non *Bella* legendū contendit. Idem putat Cluverius ex subjecto versu Sili in Notat. sequ. qui perpetuus Virgili est imitator, & arbium, quas ille memorat, curiosissimus in suum poëma insertor. Auctoris nostri asserto optimæ notæ codices favent, præter designatas ab ipso conjecturas & argumenta, nec non antiquorum Grammaticorum sententiam.

(272) *Frumento non item*] Hoc designavit & Silius Italicus lib. 8. a quo dicitur

panper sulci Cerialis Abella.

(273) *Glandiferas silvas*] Quale pretium suinis carnis concilient *Abellanae* sive *Avellanae* glandes, nullus Campanus ignorat. Ex his potissimum ubertate, & conditione præstant fageæ: de quibus scripsit Plinius lib. 16. cap. 6. *Glans fagea suem hilarem facit, carnem coquibilem, ac levem & utillem stomacho.*

(274) *Quæ suas nuces*] Virgilius Ecl. 2.

*Ipse ego cana legam tenera lanugine mala,
Castaneasque nuces*

Ubi Servius: Bene speciem addidit, dicens *Castaneas*. Nam *Nuces* generaliter dicuntur omnia testa corio duriora, ut *Avellanae*, *Amygdale*, *Iuglantes*, *Castanea*: sicut contra, dicuntur *Roma* omnia molliora.

(275)

158 IN MEDITERRANÆ CAMPANIAE

(275) Addantur ad venationem] Ad Abellanos fortasse saltus silvalque venatorias spectant, quæ Leo Orien-tis lib. 2. cap. 62. scripsit: *Cum Sergius magister militum, qui Neapolitana urbi praesidebat, venatum in ipso Sando Paschali Sabbato pergens, silvam cum paucis ad apes capiendos est ingressus; ac tensis retibus ad insequendos eos se se cum canibus buc illucque diffunderet; aper antequam retis laqueos fugiens involveretur, occupatus a venatoribus confossus, & captus est.* De retibus, quibus apri a venatoribus solebant intercipi, Horatius lib. 1. ode 1. ad Mæcenatem:

— Manet sub Jove frigida
Venator, tenera conjugis immemor;
Seu visa est catulis cerva fidelibus,
Seu rupit teretes Marsus aper plagas.

(276) Nos a Picentiniis dirimunt] Picentini Italiae populi, a Strabone, Ptolemæo, Plinio, aliisque laudati. A Meridie mare inferum, & Lucanos habent, Silarc flumine dirimente agros, ab Oriente vero Hirpinos.

(277) Tam pigro labentes motu, ut utro fluant, nescias] Julius Cæsar lib. 1. de Bello Gallico cap. 8. Flumen est Arar, quod per fines Rœduorum, & Sequanorum in Rhodanum influit incredibili lenitate, ita ut oculis, in utram partem fluat, judicari non possit. Pigrum Sarni fluminis cursum plures indicarunt: nos tamen unum & alterum Poëtam, cæteris omissis, recitabimus. Stat. lib. 1. Silv. Carm. 2.

Nec Pompejani placeant magis otia Sarni.
Et Sil. Ital. lib. 8.
Sarrastes etiama populos, totasque videres
Sarni mitis opes —

F I N I S.

AN-

A N T O N I I
 SANFELICII
 C A R M I N U M
 J U V E N I L I U M
 L I B R I I I .

Admonitio ad Lectorem.

Uam egregie poëtica facultate claruerit Antonius, ex bonorificis eruditorum vi- rorum testimoniiis, in bujus voluminis exordio descriptis, licet addiscere. Eum longe plura vincta numeris oratione scripisse, quam quæ nunc præ manibus babemus, felix Auctoris ad carmen ingenium, operosus amæniorum Musa- rum amor, & diuturna, quam vixit, ætas per- suadere videntur. Quæ bâttenus innotuere, ac temporum injuriis sunt erepta, e re duximus no- va luce donari. Quamquam vero bæc ipsa juvenis admodum, ac florenti fere adolescentia panxerit, sunt tamen hujusmodi, quæ elegantis Poësos non obscurum lectoribus exhibeant specimèn, nec merito imparem laudem ferant.

Primi libri carmina cum Auctoris præfatione ad Tiberium Bucham, virum genere & eruditione clarum, jam tum anno Christi MDXLI. ex offi- ciâ Jobannis Sulbachii Germani in vulgus pro- diere

diere sub titulo **C L I Q D I V I N A.**

Quæ libro secundo exhibentur, ad laudem Sancti Potiti Martyris pertinent. His, nempe, ejusdem incliti Pugilis Ecclesiasticum Officium, quod a sacris Virginibus Neapolitani Monasterii Sancti Potiti recitari consuevit, compactum est: curante Maria Sanfelicia Archiabbatissa anno Domini MDLIII. Eius siquidem Antonius impulsus precibus, ac ut avitam erga tantum Christi Mitem religionem augeret, aliquot ante annis id opus confecit. Eximiam vatis pietatem, atque doctrinam optime norat eodem prognata sanguine religiosissima Praeses: quare simillimos referebat mores, & quibus praestabat animi dotibus, id posteritati reliquit nomen, quod non sine laude precipua a Jobanne Bollando loco mox citando, Petro Stephano libro de Locis Sacris Neapolis pag. 753. Didaco Maza in vita Josephi Marie Sanfelicii Consentinorum Archiepiscopi, in Germania Apostolice Sedis Nuntii, atque aliis memoratur. In honorem Sancti Potiti Martyris ab Auctore nostro conscripta carmina, laudat Antonius Caracciolus, vir judicij acrimoniam, & eruditione clarus, in libro de Sacris Ecclesie Neapolitanæ monumentis cap. 12. fol. 139. Eamet edidit eruditissimus Jobannes Bollandus tomo I. de Actis Sanctorum ad diem XIII. mensis Januarii fol. 764. & sequentibus, sed mendosa, tum alicubi perturbata, & manca. Isdem pene infecta labibus in editis memorati Officii libellis, ex antiquioribus libris oscit anter descriptis, bodieque leguntur. Nos, quanta posuimus majo-

re

re cura ad MSS. codicum fidem & integratatem emendavimus, primævo, qui interturbatus fuerat, ordine disposuimus, supplevimus, restituimus.

Quinque priora libri tertii *Carmina*, & nonum ad Christum Servatorem, ex edito ab Auctore Poëmatum libro in officina Sulbachii descripta sunt. Epigramma de Campano Amphitheatro excusum babes ad calcem libri de Origine & Situ Campaniæ, Francofurti, Neapoli, & Amstelodami editi. De Rhinocerote versus exhibet Paulus Jovius Episcopus Nucerinus libro IV. Elogiorum virorum illustrium fol. 207. cuius Auctor nosfer amicitia floruit, & laude clarescit. Epitaphium Andreæ Alexii post alios vulgavit, summisque laetibus extulit vir eruditus Julius Cesar Capaccius in Elogiis virorum literis illustrium, agens de Antonio. Qualecunque in bujus Poëmatâ diligentia ac cura impendimus, æqui bonique Lector consulat; majora & absolutiora daturi, si licuisset.



A N T O N I U S
 SANFELICIU S
 T I B E R I O
 B U C H Æ

S. P. D.

 Nimantium omnium unum hominem ea ratione constitutum intelligere est, ut ad rerum cognitionem, & præclarre aliquid agendum suapte ferri natura haud ulli dubium sit. Belluas rursus rationis expertes, utpote ad alienum usum genitas, utroque oportebat caruisse. Quod vero vis mira sensuum negata nobis, præstita illis est, ut imbrium, tempestatumque præsagitio, & remediorum in plerosque morbos intelligentia salutaris, ad vitam uno hoc Naturæ consilio sustinendam concedi fuit omnino necesse. Hominem absoluta forma factum, nullo non tempore a veri investigatione, aut honestiori vacare actione decet. Verum non omnibus omnia utroque in laudis genere dona sunt: quæ tamen aliis alia; ut nullus excusationi sit relitus locus, qui in medium aliquid non posuerint. Quare mihi, qui nihil adjumenti majesta-

X 2 ti

ti Religionis, Patriæ caritati, reique publicæ Christianæ largiendo, consulendo, dicendo, aut publicis gerendis muneribus afferre valeam, ne cum desidiæ gravi noxa torperem, quidquid in liberalibus literis profecisset, facile proferrendum videbam. Primitiæ nostri ingenii ei, cui bona omnia accepta referimus, CHRISTO D. O. M. jure, atque adeo MARIAE Virginis Parenti Sanctissimæ dicandæ; & ad Te, quo auctore & adjutore prodeunt in lucem. mittendæ erant. Geographica præterea in Pompeiano tuo a nobis scribi cœpta, quæ in manibus habeo, si hæc benigne exceptum iri contigerit, me manumissurum recipio. Vale.



AN-

165

A N T O N I I
S A N F E L I C I I
C A R M I N U M
J U V E N I L I U M
L I B E R I.
Ab Auctore inscriptus
C L I O D I V I N A
H E X A M E R O N.
C A R M E N I.

*Urci seculi placidam quietem
Orbis in partu, pretiosa dona,
Jure prisorem, monumenta vasum
Lauds bearunt.*

*Subdolus livor procul, & similitas,
Mars sacer, fiedus, comitesque Martis,
Non adhuc fasces, irabea, & tribunal.
Census, & ordo.*

*Ait opes sunt in medium petenda,
Pax, fides semper mera, frons aperta.
Ibat incessu senibus seniti
Parca benigna.*

Id

*Id rudi vite fuerat recentum
Gentium munus, generique nostro:
Si sibi constans pietas fuisset,
Illa manerent.*

*O bumi quæ tunc facies, pyropo,
Floribus vernis, viridi smaragdo,
Frondibus picta, casia legenda
Omnibus agris!*

*Non alit tellus aconita tetra
Cerberi saevis epulis novæcæ:
Hic & illic proveniunt amomum,
Cinnama, myrrba.*

*Arborum supra teneros bonores
Alium carmen numeros loquaces,
Qualis in pulsu fidium lyristes,
Implicat arte.*

*Mollius cœlo sibi blandiente
Garriunt: ergo ciat usque ab ortu
Oscinem corvum tacito susurro
Providus auspeç.*

*Avie silva sun dona dantur
Bellus, brutum pecus incolisque
Lustra, pubescunt capreis novellis
Pascua leta.*

*Cum jubis robur Libycum leonum,
Ocius tigris rapuisse cursum
Gaudet, & barrus supereffe mole,
Rhinocerosque.*

Præ-

*Præter insignes oculis & albo,
Quaque censentur medica salute,
Ut Greges nulla sanie nitebant
Velleris ostro.*

*Quo nibil deinceps operi instituto
Desit, innabant aquæ liquore
Cete, delphini, clupeæ, accipenser,
Squamea surba.*

*Cætibus glauci pelagi vagari
Latius saltas licuit per oras:
Liberi immunes abeunt malorum,
Imperiisque.*

*Attamen fertur tubicen canora
Cogere bos Triton vitreis in undis
Concha, & attentos retinere cinctus
Tempora musco.*

*Hac fuit terræ species, marique,
Vita quum rebus datur, atque nomen:
Hac Venus forma decorabat orbem
Voce subentis.*

*Imperat summus Pater, Artifexque
Omnium rerum Deus: ille mundi
Ambitus immensi posito locabat
Sidera primum.*

*In Jove excelsø rutilare flamma
Incipit, Phœbus radio diurno,
Luna nocturno volitare curru
Jussa citato.*

Quot

*Quot globi claris facibus per umbram
Noctis accendent simulacra mira,
Cœrulo in templo vicibus rotantes
Tempus in ævum.*

*Mox iners pondus media locorum
Consideret Pluton, solidaque sede,
Jura Neptuno sociata fratri
Fœdere certo.*

*Mutuis vincis graviora fidunt
Infimo cyclo, leviore motu
Junæ consurgens positur secundo
Ab Jove regno.*

*Incola in terris homo, civis astris
Fingitur, nostrum genus bis fruendis,
Quidquid effectum videt esse ab omni
Parte beatum.*

*Pan genas puleber minio rubenti,
Hispidum crurum, variasque, & idem
Cujus est nebris maculosa villos,
Hec babet unus.*

*Fistulam septem imparibus cicutis
Ore percurrit, digitisque tactis,
Pan refert cœlos, humilemque terram.
Aëra, pontum.*

CA.

CATACLYSMUS.

CARMEN II.

*Jam satis terras pluviae frequentes,
Densior grando medium per aethera,
Ora pallentes gemini cometae,
Fulmina terrent.*

*In tota ostentis monitu futuri
Horror est, quando scelus ultionem,
Quae malos sensim sequitur fugaces,
Sapo lacerat.*

*Sunt quidem per quae subeat pavendum
Seculum Patris Noë, quum Gigantum
Perditus caelo furor ausus altas,
Tollere moles.*

*Forae deturbare putat superba
Æqua, vel Ditis fieri potestas,
Quos Deus ridens vario loquentes
Dispulit ore.*

*Pestis hinc cunctos hominum, luesque
Dira pervasit simili furore,
Ut Deum cogant abolere Gentes
Funditus omnes.*

*Ecce quum multa gravis immineret
His dies, pennis madidis in amplum
Aëris campum pariter volarunt
Libs, Notus, Eurus.*

Y

In

*Intonant flammæ sonitu cōrusco:
Hæc tenus pendet furibundus imber :
Integrum averis erat, ut redirent
Ad pietatem.*

*Si quis bic illi locus est relictus
Perfidis pallor, maciesque larvæ ;
Nimbus it tandem: metuere Divi in.
Turbine tanto.*

*Mille scinduntur facibus tenebræ,
Millo respondent tonitrus strepentes ;
Perfremunt venti, furiunt procellæ,
Et maris iræ.*

*Bruta turmatim coëunt avice :
In metu pollunt odium: inter agnos
Innocens hostis lupus, ibat inter
Vacca leones.*

*Vocibus moestis justorum, serumque
Clamor assurgit, gemitus, querela :
Feminae planctu ac ululatu inanem
Aera complent.*

*Impios frustra pueri relicti
Faucibus siccis, regocant parentes :
Non simu solans fovet, aut prebendit
Pignora mater.*

*Pars domos summas abit imbecilla :
Qui fugæ credunt, pedibusque fidunt,
Editos montes superant, qñdum
Non tamen usquam est.*

Hac

*Hac via nil proficitur: serena
Fluctui obfisti bonitate posset.
Rectus, & simplex animus per altas
Enatat undas.*

*Imbre persistanti Oceanus perauetus,
Litorum viator ruit insolenter;
Impotens victis spoliat tyrannus
Nomina rebus.*

*Nomen est unum maris absque portu:
Jam patet nusquam statio carinis;
Imo non ullæ pelago carina,
Navita nullus;*

*Una stat puppis reparanda terris
Semina adserans, animaque vita;
Terminis nullis babet universa
Emosigæus.*

*In jugis celsis abies petita,
Fida quæ quondam statio columbis;
Spem dedit vita pereunte vanam,
Spe quoque mersa.*

*Heu quod hoc rerum miserum cadaver!
Heu quod hoc rerum miserum sepulcrum!
Regibus, servis, ovibus, lupisque
Par fuit urna.*

*Urna non burdum fabulosa, nec alga:
Maximas Orcas, avidamque Pristim,
Pabulo hoc Protens pecus omne in imis
Vallibus explet.*

*Clade postrema querulae volacres
Decidunt lassæ; solitique mergi
Sapius Mergi subeunt in undas;
Non reddituri.*

*Divitis gaza repetenda nulli
Tetbyos proles laqueata. tecta
Occupat; sunt Nereides coloni
Ædibus amplis.*

*Ex eo montes tumuisse narrat
Fama congesta simus ex arena;
Quippe quem concbras pariant striatas
Marmora secta.*

*Sunt & in summis tumulis sepultra;
Indices veri, referata, cuspis
In quibus visa est stupido colono
Monocerotum.*

*Signa portentis metuenda, clemens
Cristo, sunt Turcis, gelidoque Daco,
Qui struunt densas acies ad Istrum,
Et vada tranant.*

RUBRI MARIS TRANSITUS.

C A R M E N III.

*Q*uis neget nostris numeris canenda;
*Q*ue gravi mandant alii coiburno?
Car, cbelys, te non deceat monere
Maxima rerum?
Gesta

*Gesta victoris Duxis efferamus;
Qui manu invicta Pharaonis arma
Perdit, & Mempin veterem, atque septem
Ostia Nili.*

*Victor bic Dux est Deus ille summus,
Auctor bic belli, placidaeque pacis,
Unus est Princeps superis & imis,
Omnia solus.*

*Rex per insanos operum labores
Vexat H-braeos Pharias ad oras,
Sorte qua posset status invidenter
Mancipiorum.*

*Iustus utcumque bac dolus adlevavit:
Aureos torque, patrias inaureos,
Vasa, & armillas dominis petita
Mutua sumunt.*

*Sacra mentiti locuplete prada,
Ad rubros fluctus itiner vorarunt:
Milite accincto insequitur tyrannus,
Consequiturque.*

*Undique oppugnant mala; vexat arcu
Hostis binc acri, jaculis, & ense;
Vultus immitis pelagi cruenti
Ante minatur.*

*Pratio nullus locus, an ne inermes
Conserant dextras pedituca cobortes?
Qui valent currus equitum, & volantes
Ferre sagittas?*

At

*At pio Moysi, precibus salutem
Dum petit castis, celeres per auras
Nuncius virga oppositas feriri
Præcipit undas.*

*Audiens dicto fuit, & repente
(Mira res dictu!) stabiles secesserunt,
In vias fluxus liquor, ut coisse in
Saxa putares.*

*Æque consurgens, opus ac fabrile
Humor astollit, timidas colomas,
Vitreo e muro insolita expavescunt
Agmina pisces.*

*Dum fugam sicca arripiens arena,
Hostis a tergo ferus est timori,
Strata qui calcans eadem viarum,
Urget euntes.*

*Mosc vices versæ variant utrisque:
Qui fugit, vincit, periitque victor,
Versus est acer furor in pavorem,
Fit timor audax.*

*Impios terret repetens priores
Alvei sedes mare diffusum,
Obvium cunctos, anima repressa,
Sorbet ad unum.*

*Volvit, extinctis velut exprobraret
Barbaros ausus, clypeos, pharetras,
Signa, equos, lectos equites, ducentque
Memphiticorum.*

Ulio:

*Ultimum vite tumulos bonorem
In suo regno negat Amphitrite:
Vultures curant utero capaci
Funeris urnam.*

*Obstupet Moses Populusque, pontum;
Spes supra humanas, iniisse pugnam;
Et Deo ulti oris cecinere lacum.
Carmen ad. aras.*

DEI BENEFICIA IN JUDÆOS.

CARMEN IV.

C*Astra, post mersas acies Canopi
Vindice in fluctu, vacuis eremi
Sedibus Iudea populus solutus
Tuta locarat.*

*Gratia, & festa bac memorata cantu;
Et coma fulgor rutilus promissa
Visus in noctis tenebris praere
Dux fugientem.*

*Fervor astivus recreatur umbra;
Noctium nigror removetur igni;
Munus alterno comitatu utrumque
Ad sociabat.*

*Rosei cessit maris astus illi,
Saxa qui mox in latices adusta
In siti laxat; tenui debiscunt
Verbete cautes.*

Quas

*Quas aque venas plaga Solis ardens
Denegat sicca segeti, irrigarunt
Arva squalentis, bibulaque arenae
Flumino multo.*

*Ussi limphas alio profectis
Tristis absyntibz posuisse sensum
Asperum jussas soboli Israëlis
Mitia praefat.*

*In fame lautis epulis Petrai
Albicant campi ambrosiae pruinae,
Srius qualem parit astuoso
Sidere rorem.*

*O preces Divum validas, domare
Quæ valent densos cuncos, & arma!
Fulminum motu strepitus jubarum
Mœnia sternunt!*

*Quid? fugam hostilem Ducis insequentis
Apsidum mundi remoratus axem
Impetum sistit, bijugesque Pbæbi
Sermo volucres.*

*O Pater custos hominum salutis,
Sic tuo fato gregit, te potenterem,
Et mari & terris timet Occidentis
Culzor, & ortus.*

DEI

**DEI OPTIMI MAXIMI
ET MARIÆ VIRGINIS
EPITHALAMIUM**

CARMEN V.

Clare stelliferi arberis
Civis, Angelicum genus,
Qui comes Paranympbus is
Virgini cupida Dei,
Clare Gabriel adsis.

Candidum cape flammrum;
Et nitens adamantisibus
Regium diadema, si
Virgines color bic decet
Purior, velut ipse es.

Ne qua præpedias mora,
Nubis aligeræ sinu,
Visa per liquidum Jovem
Qualis accipitri ardea,
Magne Gabriel adsis.

Nam MARIAM bodie Deus
Sponsus ad thalamum vocat,
Virginem cupide petit,
Nuptias cupit bas sibi
Ante secula & ævum.

Tanta gratia mutua
Alterum ligat alteri,
Ut nec aequo amor ardeat
Invicem, aut odium pani
Igne, terreo in orbe.

Z

Di-

*Dicta convivio sacro
Hac dies, parat illa, qua
Dote carior ad Deum
Tendat, accumulans genus.
Omne divitiarum.*

*Dos erit stabilis pudor,
Fusus ex animo in genas;
Estque perponso virens
Juncta iustitiae fides,
Quo stat integra virtus.*

*Ille virginem fidem
Munere insolito beat:
Sponsa mancipio feret
Dona, que superent genus
Omne divitiarum.*

*Prater imperium soli,
Prater imperium maris,
Prater imperium aëris,
Addet & superas opes,
Regna fulgida cœli.*

*Ducet ad thalamum suam,
Ducet ad solium suum:
Pbœbus est solium Dei,
Luna ~~quæ~~ patibula nisco,
Fronte sidera splendent.*

*Quanta gaudia Virgini bac
Auxerint? facies tamen
Pulchra letitia expleat,
Nuncia cœlus omnia,
Magne Gabriel adfus.*

Ade

*Ede, quam Solymis labor
Artis egregia dedit,
Quære: per vigilat prece
Sponsa: labore Gabriel,
Magne Gabriel adfis.*

*Principes generis sui,
Res, ut exigit, ad moe;
Omnia agmina cœlum
Militum ut paret, instruat
Se suo ordine quisque.*

*Advoca socias faces
Qui ferant comites, ferant
Sceptra regia: sed tua
Nuntii imposita in caput
Hæc corona manu sit.*

*Ore, corpore, genibus
Pronus eloquar hæc tibi:
O MARIA, bonum decus,
Quot sient, fuerint, erunt,
Ad novissima secla.*

*Nuptias propera ad tuas:
Sponsus est avidus tui:
Res sient animis pares:
Stratus est thalamus, suis
Culta vestibus aula.*

*Unde respicias potens
Supplices populos tibi,
Terra quos humiles temet,
Illa vel plaga, quo appulit
Nauta Celiber audax.*

Quod mera integritas placet;
 Ut mera est glacies, vias
 Non negans oculis, eris.
 Virgo concipies, manens
 Virgo post pueri ortum.
 En adeſt Paranympbus, ut
 Te vocet: videt vigili
 In toga nivea tibi
 Ferre cœlicolum faces.
 Mille, qui comitentur.
 Ignis in tenebris novus,
 Qui procul dubio poli
 Lampades solitas praedit:
 Ætheris species nova,
 Euge, jam properant nunc.
 Audio vigilans modos,
 Vix ut auribus infonenit.
 Angeli, ut video, canunt
 Quid tuum ad superum meles?
 Musa define cantus.

JESU CHRISTI GENETHLIACUM.

C A R M E N VI.

Jam bonus redit annus,
 Festus atque bilaris dies,
 Qui procul jubet improbi
 Esse nubila peccoris:
 Nata gaudia terris;

Nox

Nox fuit, tamen hanc ego

Luce de nimia diem,

Sole qui vebitur, voco

Jure; scilicet hanc erexit;

Nata gaudia terris.

Emulo aspicias ibi

Ore Vergilias citas

Pravias Hyadas sequi;

Has lacesse Sirium ob;

Nata gaudia terris.

Hoc idem faciunt bumi;

Bruma qua parit insolens;

Cyanus, violæ, crocum,

Et rubens byacinibus, ob;

Nata gaudia terris.

Nata gaudia Christus est;

Natus bic bodie Deus

Atque Homo, una radensque res;

Quod prius, minus est idem;

Maxime impare firma.

Cuncta qui e nibili parens

Auctor ac opifex facit;

Cogit in tenui grave,

Pondus aëre: perficit

Hoc supra ingenii vim;

Sacra mystica in abdito

Virgo conscientia conflitt;

Quæ subis penetralia;

Explicit cumulatius,

Fera filium adorans;

Nata;

162 CARMINUM

Nate, quem similem foris,
Intus absimilem mei
Edidi: ante chaos, nectum;
Caterorum hominum patrem
Scimus, & veneramus.

Gratias agimus tibi,
Cui tua supera, infera
Sede vix habito libet
Esse corporeo brevi
Corpore hoc, uteroque.

Mentis ut cogitatio
Libere involat, evolat,
Motus hic rationibus
Sensuum tacitus fuit:
Nate spes mea salve.

Hec MARIA: sed addere
Dia enigmata, proxime
Que canunt Dicarchiam
Delii tripodes, par est.
Ecce Pythia fatur:

Per novissima tempora
Terra sentibus horrida,
Quaque noxia germinat
Sponte furoris, fanticis.
Nulla munera cœli,
Magna munera sentier;
Namque quod segetes fover,
Jupiter Cybeles sadens
Udus in gremium, dabit
Mira gaudia terris.

Non

L I B E R I. 10

Non erunt sarmen bac, nisi
Quem Dei manus bortulum
Rore, delicias suas,
Angulo in Syria ultimo:
Irrigaverit ante.

Unde plantula predebor
Floribus, foliis super
Carpobalsama nobilis
Surget, inferius videns
Libani ad juga cedros.

Scandet altius in dies:
Vertice arberis arduo
(O. Dei omnipotentiam!)
Vincet, oppida contegent
Brachia, Oceanumque.

Illius reverentia
Peno, et Etiapi, et Scytæ,
Si fidens ventet, salus fiet;
Haud dubitet sacra
Tonus arboris umbra.

Vatis bacillus accipit
Dicta, lucifer extulit
Se, eborum monet, excitat,
Æra pensilia greibus
Indicant sacra cantu.

Hac inepta puer feret
Nostræ maccinæ, opimus,
Cuæ lites potius pio
Ferre, quam virula potius.
Carmen accipe. Clie.

EPI.

224 CARMENUM
EPIPHANIA.

CARMEN VII.

Virgo, committi fidibus, manente
Te, facies possunt oriente Christo
In Jove ardentes: citaram canoris
Laudibus apta.

Maxima hic pars tu fueras, Deum que
Concipis, gestas, paris baud jugali.
Lege, sola expers uteri laborum,
Sola hymenai.

Nemini (quis non stupeat?) videndum
Visiem reddis, nova cui micarunt
In Dei forma, specieque nostra;
Sidera testes.

Suum Rex regum puer, omne cui est,
Quidquid est usquam, casula latebas
Non tua pauper, tamen astra prime
Et nova adorant.

Rem licet toti loquerentur orbi,
Audiunt panem quibus est opera
Lingua colorum, sapientia periti
Et sapientes.

Esse querendum didicere Christum;
Quippe apud doctos nihil est inane,
Qui creat stellas, taciti sequuntur
Aeris ignes;

Sive

*Sive per fuscos Arabas feramur,
Sive per campos volitante arena
Invios, astro duce, non aberrant,
Pervia cuncta.*

*Atra ferrugo Solymis propinquum
Ob nefas nunquam satis improbadum
Texit, infandum scelus execratur,
Et sacra tela.*

*Tela, quæ mox ancipiti bipenni
Millies centum plateas per omnes
Lacteos artus puerum cruenta
Dilacerabunt.*

*Hinc Idumæa nitidus Cometes
Indicat fulgens iterum beata
Teæ Betboles, docuitque partus
Nobile templum.*

*Sorte foſſorem cupidum secunda
Que mouent, fulva crepitante lamna,
Rara complerunt animos Magorum
Gaudia lætos.*

*Dia maiestas adēunda casta
Pectora afficit, patrii tiaras
Moris excolum, Nabathei odores
Munera, & aurum.*

*Ad pedes Christi petire terram
Fronte submisso; puer ille vulnus,
Quo fugas vobis biememque nigrum;
Verit in omnes.*

A a

Sup-

*At pio Moysi, precibus saluteum
Dum petit castis, celeres per auras
Nuncius virga oppositas feriri
Præcipit undas.*

*Audiens dicto flue, & repente
(Mira res dictu!) stabiles secatur,
In vias fluxus liquor, ut coisse in
Saxa putares.*

*Eque consurgens, opus ac fabrile
Humor artollit, timidas calones,
Vitreo e muro insolita expavescunt
Agmina pisces.*

*Dum fugam sicca arripium arena,
Hostis a tergo ferus est timori,
Strata qui calcans eadem viarum,
Urget euntes.*

*Mox vices versa variante utrisque:
Qui fugit, vincit, periitque victor,
Versus est acer furor in pavorem,
Fit timor audax.*

*Impieg terret repetens priores
Alvei sedes more diffundit,
Obvium cunctos, anima repressa,
Sorbet ad unum.*

*Volvit, extincis velut exprobraret
Barbaros ausus, clypeos, pharetras,
Signa, equos, lectos equites, ducemque
Memphiticorum.*

Ultio:

*Ultimum vite tumulos bonorem
In suo regno negat Amphitrite:
Vultures curant utero capaci
Funeris urnam.*

*Obstupet Moses Populusque, ponitum;
Spes supra humanas, iniisse pugnam;
Et Deo ulti or cecinere lacum.
Carmen ad. aras.*

DEI BENEFICIA IN JUDÆOS.

CARMEN IV.

C*Astra, post mersas acies Canopi
Vindice in fluctu, vacuis eremi
Sedibus Iudea populus solutus
Tuta locarat.*

*Gratia, & festa bac memorata cantu;
Et coma fulgor rutilus promissa
Visus in noctis tenebris praere
Dux fugientem.*

*Fervor astivus recreatur umbra;
Noctium nigor removetur igni;
Munitus alterno comitatu utrumque
Ad sociabat.*

*Rosei cessit maris astus illi,
Saxa qui mox in latices adusta
In siti laxat; tenui debiscunt
Verbete cautes.*

Quas

179 CARMINUM

*Quas aquæ venas plaga Solis ardens
Denegat sicca segeti, irrigarunt
Arva squalentis, bibulaque arena
Flumino multo.*

Aquæ Regiæ, sive Doliolum Capaccio, & Delioli horti Pontano, quos Alfonius Calabriæ Dux magnificis excul- tissimisque ædificiis exornavit, ac Pogium Regale appell- lari jussit, <i>Poggio Reale</i> , extra portam Capuanam in via Acerrana, sub colle, qui Lautrecchus dicitur, <i>Lotrecca</i> , ubi scilicet <i>Gallus</i> dux ad Neapolitanam obsidionem castra posuit.	III.
Aquæ Sextiæ, <i>Aix</i> , urbs Galliæ Narbonensis, hodie Me- tropolis Provinciæ, <i>Provenza</i> .	9.73.
Aquæ Statiellæ, <i>Acqui</i> , urbs Ducatus Montisferrati.	9.73.
Aquinum, <i>Aquino</i> , urbs Latii, modo Provinciæ Terre Laboris, non procul a finibus Pontificiæ ditionis.	124.
Asar, <i>La Saône</i> , fluvius Galliæ Celticæ, seu Lugdunensis, qui dividit <i>Æduos</i> , <i>L'Autonois</i> , ab Sequanis, <i>Franche Comté</i> .	158.
Aricia, <i>L'Ariccia</i> , oppidum Campaniæ Romanæ non longe a Vellitris, <i>Velletri</i> .	26.
Arpinas Insula, <i>L'Isola</i> , quam efficit Fibrenus amnis apud Liris confluentem, cui ab Oriente haud procul objacet Arpinum oppidum, fundus fuit, & patria M. Tullii, & Q. Fratris Ciceronum.	49.
Arpinum, <i>Arpino</i> , alias oppidum Latii, nunc Terre Laboris, ubi cum Liri miscetur Fibrenus fluvius.	50.
Astruni, sive, <i>Gli Struni</i> , mons est ad latus Septentrionale Aniani lacus, continuis jugis amphitheatri in speciem convallem cingens, & paucim calidis aquis scatens, ut ignem quondam exhalasse creditus sit. Regiis erat vena- tionibus addictus, nunc vero agricultura. A Petronio	
C g 2	de-

- descriptus a nonnullis existimatur. 93.
Atella, urbs fuit apud Aversam, ubi etiamnum dicitur
Atella. 29. 148.
Athenæum, sive Minervæ, Sirenuarum, & Surrentinum
 promontorium, *Capo di Minerva*, *Capo della Campanella*,
Capo di Malfa, sive *Promontorio di Sorrento*. 21. 98.
Avella, vide *Abella*.
Avernum lacus, Bais proximus, propter antrum Sibyllæ,
il Lago Averno, *Il Lago di Trepergole*, sive ut vul-
 go recentius, *Il Canneto*; apud quem constituant Vil-
 las Magni Pompeii, & C. Marii, & adhuc extant ru-
 dera Templi Apollinis. Ejus immensam altitudinem,
 ut memorant veteres, etiamnum deprehendunt acco-
 læ. 11. 75. 81.
Aversa, *Aversa*, urbs nova quæ Atellæ successit, a Ran-
 nulto Nortmanno condita. 148.
Aurunca, urbs fuit in montibus Auruncorum, unde ori-
 tur fluvius Savo, & ubi modo est *La Rocca Monfina*,
 ab extincto castello *Mefino*, sic appellata. 5. 22. 129.
Aurunci, qui dicti sunt etiam Ausones. 5. 22. 58.
Ausona, Autones, Ausonia. 22. 25. 58. 126. 127.
Ausonium mare, quod est inter Siciliam, & Adriaticum
 finum. 22.
 B
Baiæ, *Baja*, ubi nunc *Il Castel di Baja*. Hinc Baianus
 tinus, *il Mar di Baja*, qui portum efficit memoratum
 a Plinio, & Floro: sed hoc tempore non ea capacitate,
 qua olim; magna quippe hujus litoris pars fluctibus ma-
 ris absunta est, ita ut via latissima hinc Misenum ver-
 fus *Gilice strata sub undis nunc conspicitur*. In hoc
 litore stant adhuc ingentia vestigia Templorum Ve-
 neris, & Dianæ. 8. 12. 72. 84. 85.
Barna, *La Barra*. 97.
Bauli, *Bacola*. 19. 112. 113.
Bella pro Abella, *Avella*. 32. 157.
Beneventum; *Benevento*, urbs Hirpinorum, sive Prin-
 cipatus ulterioris, apud fluvios Calorem, & Sabatum,
Calore, & *Sabato*. 48.
Bola,

I N D E X:

237

- Bola, oppidum olim Latii in finibus Aequorum, inter Pre-
nesto, Palestrina, & Aesulam, ab Horatio lib. 3. od. 29.
memoratam. 130.
- Borysthenes, Nieper, flumen Poloniae maximum. 101.
- Bovillæ, modo est Bauco., castrum in Campania Romana,
distans a Liri IV. M. P. 134.
- Brundusium, Brindisi, urbs Salentinorum, nunc Pro-
vinciæ Hydruntinæ in ora Adriatici. 25.
- Brutii & Brutii, populi in Magna Græcia, qui post
Lucanos, Basilicata, extimum Italæ angulum ad fre-
tum usque Siculum tenuere, divisi in Cismontanos,
& Transmontanos, quæ hodie est Calabria citra, &
ultra. 48.

C

- Cæcubus ager, inter Tarracinam, & Formias, sive
inter Fundanos, & Formianos montes. 8. 50.
- Cæditius campus, & Cæditia Tabernæ, non procul ab
Aquis Sinuesianis, sive Torre de' Bagni. 125. 126.
- Caieta, Gaeta, urbs Provinciæ Terra Laboris, olim Novi
Latii. Sic etiam dicta est Villa Ciceronis, vide Formia-
num. 53.
- Calabria, vide Iapygia.
- Calatia, &c, ut conjicit Peregrinus, Galatia, sive Ga-
lactum, & Calactum (unde Ecclesia Calactina) fuit,
juxta eundem Peregrinum, prope Madaloni in Caser-
tana Diœcesi, ubi nunc dicitur Le Galazze. 28. 145.
- Calatia, Cajazzo, trans Tifata, & Vulturnum. 145.
- Cales, Calvi, gentile Caleni. Ex quo illorum error ar-
guitur, qui Cales putant Calvi, & Calenum (i. e. mu-
nicipium, ut appellat Cic. Att. lib. 8. ep. 3.) Carinola;
cum haec urbs nova sit a Langobardis condita, & ab
iisdem Latine dicta Calinium, Calinulum, & Carinu-
lum: quam deinde Normanni scriptores corrupte Ca-
lenum appellavere. 25. 137.
- Callicula mons, dividit nunc Campanum agrum a For-
miculano, sive Baronia di Formicola: extenditur a
Massico monte & Savone amne ad Vulturnum usque.
Juxta Savonis lœvam ripam transisse Annibalem putat
Clu-

Cluverius; Peregrinus vero per angustias, quæ sunt in ultimo Calliculae colle, ipso Vulturno imminentे, *Trifisco*.
145.

Campagna via, *La via Campana*, cuius extant adhuc nonnulla vestigia, a Plinio Consularis dicta est, ac si a nobis, *Via Regia*: a Puteolis Capuam ferebat, juncta Cumane ubi finitur Leborinus ager.
14.90.

Campania, *La Campagna Felice*, sub qua nunc major pars Provinciae Terra Laboris, *Terra di Lavoro*: plures ejusdem nominis regiones, *La Champagne*, *L'Eipo*, sive *Albania inferiore*, &c.
1.35.

Campania, pro Capuano agro, & Campanus pro Capuanus, vide Capua.

Campanus pons, ita dictus quia Capuam ducebatur, fuit in Savone amno per Appiam viam, inter Sinuessam, & Forum Popilii, quæ urbs stabat adhuc circa finem iv. Seculi.
22.

Cannæ, vicus fuit Apuliae Peucetiae, sive agri Bariani, prope Aufidum amnem, *L'Ofanto*, infra Canusium, Romanæ cladis magnitudine celeberrimus; cuius reliquæ modo nuncupantur *Canna distrutta*.
27.

Canopus, unde Canopica Fossa, urbs Ægypti ad ostium Nili, *Canopicum* inde appellatum.
8.70.

Canusium, *Canosa*, urbs Apuliae Peucetiae, sive *Terra di Bari*.
29.

Capena, in cuius agro lucus, & fanum Deæ Feroniæ, oppidum fuit in Etruria, inter Tiberim in ripa, & Veios, sive ubi nunc Scrofano, ut Cluverius; vel I sola, ut Holstenius: castrum est in praesenti dictum *Canepina*, Statutus Roncilionis, *Stato di Ronciglione*, in Provincia Patrimonii.
138.

Capreae, quatuor millium freto ab extremis Surrentini promont. disjunctæ, *Capri*; *Augusto*, & Tiberio in deliciis habitæ, quas Augustus ipse cum Republica Neapolitanorum commutavit, Ænaria data. Duo habent hodie oppidula, sicut olim habuisse scribit Strabo; quorum majus interius urbs est, idem cum Insula nomen retinens, *Capri*; alterum superius, vulgo appellatum
Ana-

Ana-Capri, scilicet, *Capri di sopra*, a græca particula
era: quod corrupte efferunt, *Anna Crapa*, & *Donna Crapa*.

98.

Capua, *Capua*, antiqua fuit ubi in præsenti *Santa Maria di Capua*. Oppidani dicti sunt *Campani*, non *Capuanis* qua quidem formatione sequioris ævi Scriptores usi sunt: ita notat M. Varro de L. L. cap. 9. unde *Campania* aliquid accipitur pro agro *Capuano*. 25. 140. 141. 142.

Carinola, vide *Cales*.

Cabilinum, ubi eit nova *Capua*, quæ olim, ut *Cabilinum*, trans alteram quoque *Vulturni* ripam pertinuit. 27. 145.

Casinum, sublimiori situ stetit, quam in præsenti oppidum *S. Germani*, ubi dicitur *La Rocca*, in sinu scilicet montis, qui nuncupatum legitur *Castrum Casinum*, *Monte Caffo*.

24. 133.

Castrum Iauri, oppidatum fuit *Rutulorum* inter *Arcium*, & *Aphrodisium*.

130.

Caudium, positum fuisse ubi hodie est *Arpaja*, aut in viciniis, indicio est proximum oppidulum vulgo *Furcia*, & in veteri inscriptione anni 15. ccc. lxxxiiii. apud Peregrinum, Furcla: quod nomen manasie videtur a Furcis *Caudinis*, *Stretto d'Arpaja*.

31. 153.

Cerasus, *Chirissonda*, urbs in ora bitorali Ponti *Euxini*. 31.

154.

Chalcis, oppidani *Chalcidenses*, urbs præcipua *Eubœæ* insulæ in mari *Ægæo*, unde ipsum nomen insulæ sortita est, *Negroponte*.

7. 66.

Charonea scrobs, *Sinuesanis Aquis*, sive *Torre de' Bagni*, proxima: altera est ad levam lacus *Aniani*, *Grotta del Cane*, vide *Agnani* spelunca. *Xaparia Bépaθpa* Galen. quod *Charontis*, sive *Deorum Manium* ostia putarentur. 15.

92. 94.

Ciceronis Aquæ, *Bagni di Tritoli*.

88.

Cimmerii, *Averni* lacus accolæ.

11. 83.

Cimmerii, qui apud *Mæotim* paludem.

12. 84.

Circeus mons, sive *Circæum* promontorium, *Monte Circeo*, in Campania Romana: ad cujus radices olim urba sita *Circæum*, sive *Circeii*, & in quibusdam exemplaribus

- ribus Latinis etiam Circae; hinc Circeienses: locus in
præsenti dicitur *Città Vecchia*. 5. 57.
- C**lanis, & Glanis, *Il Garigliano*, *Il Fiume di Patria*, *La Chianna*. 4. 151.
- Clanis, & Clanius, *Le Clain*. 151.
- Clanis, Clanius, & Glanis, *Il Lagno*: 30. 151.
- C**ollatia, unde Collatini, oppidum quondam ad Anienem amnem, prope fines Provinciæ Sabinæ, ubi fortasse nunc *Cervaro*. 26.
- C**ombulteria, licet a Livio describi videatur non procul a Saticula, & Trebula; eam tamen locat Peregrinus trans Vulturnum in agro Calatino, ubi sunt castella *Alvignano*, *Traguni*, *Latina*: unde appellata legitur *Chultere*, & *Coultere*. 147.
- C**ora, *Volscorum urbecula*, ubi hodie dicitur *Cori*, in Campania Romana, non procul a Velitris, *Velletri*. 130.
- Crater Neapolitanus, *Il Golfo di Napoli*. 21. 97. 123.
- C**ryptopoticus Capuae, *Le Grotte di S. Francesco*. 27.
- C**umæ, *Cuma*. 7. 66. 67.
- C**umæi a Cumis, *Foia nuova*, urbe Asiae minoris in Aelide in ora sinus Smyrnensis. 7. 66. & sequ.
- C**umanum Ciceronis, villa non longe a Cumis. 88.
- C**utilia lacus, *Lago di Contigliano*, in Sabina provincia. 92.

D

- D**elus minor, *Pozzuoli*. 74.
- Dicæarchia, Δικαιάρχια, vel Δικαιάρχια a Græcis didi sunt Puteoli, vel contracte Δικαιάρχια, Dicarchia, quo frequenter Latini usi sunt poëtæ, ut Græci etiam sub Romanis Imperatoribus sœpe usurparunt Πετίοναι, sive *Petionem*. 14. 74.
- D**oliolum, sive Delioli horti, vide *Aquæ Regiæ*.

E

- E**chia, vide *Ægla*.
- E**s. Elpidius, vulgo appellatur *S. Arpino*: 148.
- Eretria, urbs olim clara Eubœæ Insula, nunc *Rocca*. 66.
- Eubœa, ingens Ægei maris Insula, *Negroponte*. 66.
- E**uploea, *La Gajola vecchia*, parva Insula quæ objacet Pausiliyi promontorio, ubi dicitur *La Scola di Virgilio*. Non

Non procul hinc clivum subeuntibus ingens crypta in
prædio Abbatæ S. Basilii visitur, quam vocant Seiani,
La Grotta di Siano; quæ pluviarum aquarum illuvio-
nibus, & rupium casu in dies obstruitur. Quem usum
apud veteres habuerit, incertum. 98.

F

Fabrateria, *Falvaterra*, Volscorum pagus ad amnem
Trerum, *Trero*, hodie in ditione Pontifícia. 49.

Falernus ager, a Massico monte ad Casilinum, Callicula
monte finitus. 5. 25. 138.

Falernus mons, fuit mons Massicus, *Monte Marso*, eo quod
in Falerno agro contentus, aut prope. 138.

S. Felicis oppidum, *Castel di S. Felice*. 23. 133.

Ferentinum, *Ferentino*, urbecula Campaniæ Romanæ in-
ter Alatrium, & Frusinonem. *Alatri - e Eraspolona*. 49.

Fibrenus, *Il Rione detta Posta*, qui infra Arpinum Liri
misctetur. 4. 49.

Fidenæ, nunc in Sabina provincia vicus, *Castel Giubi-*
leo. 26. 155.

Formellæ, ita nuncupatus a Neapolitanis locus, ubi per
varios ductus aqua in urbem derivanda dividitur. 111.

Formiæ, gentile apud omnes autores Formianus, urbs
olim Novi Latii, hoc tempore Campaniæ pagus prope
Caietam, *Mola di Gaeta*. Non longe aberat Villa Ci-
ceronis, quam ipse gemino nomine promiscue & Ca-
ietam, & Formianum appellat; quippe quæ media in-
ter Caietam, & Formias: quo situ hodieque reliquæ a
dextro via Appiæ latere conspicuntur, etiam nunc *La*
Villa di Cicerone dictæ. 53.

Fortunæ templum, vide Villa Vedii Pollionis.

Forum Popilii, vide Campanus pons.

Forum Vulcani, *La Solfatara*. 15. 93.

Fossa Canopica, vide Canopus.

Fossa Neronis, *Il Lago di Licola*. 7. 69.

Fregellæ, gentilitium Fregellanus, urbs fuit Latii ad dexter-
am Liris ripam, ubi nunc oppidum *Ceperano*, ut Clu-
verius Ital. Antiq. lib. 2. cap. 8. inter Arcem, *Arce*,
ubi Arcanum, prædium Q. Fratris, de quo Tullius ad

H h

Q. Fr.

Q. Fr. lib. 2. ep. 1. & Interamnam, *Ponte Corvo*, ut idem Cluver. ibid. cognominatam ab Liri amne Lirinatem, posita enim est inter confluentes duorum amnium Liris, & Melpis, seu Melphis, *il Garigliano*, & *La Melfa*. 58.

Frento, vide Iapygia.

Frusino, inde Frusinates, *Fraselona*, in Campania Romana cis Lirim ad Cosam fluvium, *Cosa*, qui a Verulis, *Veroli*, decurrit. 49.

Fucinus lacus, *Lago di Celano*, *Lago di Marso*, *Lago di Tagliacozzo*. 4. 50.

Fundi, **Fondi**, inter Tarracinam, & Formias. Non procul a Fundis, & Tarracina, sive Anzure memorat Livius quasdam saltus angustias, quas appellat Lautulas. 52.

Furcae Caudine, vide Caudium.

G

G Allinaria Silva, *La Paneta di Patria*. 6.60.

Glanis, vide Clanis, Clanius, & Liris.

Gariliana Massa, vide Massa Gariliana.

Il Gaudio, vide Gaurus mons.

Gaurus mons, *Il Monte Barbaro*, unus est, ut diserte arguit Peregrinus, inter Montem Cinerum, & Puteolos, cuius radices lavo suo latere attingit Campana Via. Falso existimant nonnulli, agro, qui ad Septentrionale Gauri jacet latus, a Gauro inditum vulgare nomen *Il Gaudio*; cum vero similius sit ita dici a *Gualdo*, quo nomine nongentis abhinc annis magna pars ejus regionis appellata est. 46.

Græcia Magna, nunc est *La Calabria*, postquam intra angustiores limites conclusa est. 22.127.128.129.

Græcia Parva, eadem ac Magna Græcia. 129.

H

H erculanea, sive Herculea *Via*. 87.

H erculanum, sive Heraclea, ubi *La Torre del Greco*, in promontorio olim sita ex Strabone lib. 5. quod utroque suo latere portus efformabat, alterum ad Retinam, ad urbem Pompeios alterum. Sed mutati situs a Vesuvianis eruptionibus. 20. 97. 115. 137.

Her.

I N D E X.

243

- Hermus, sive Hermis, tis, sive Mons S. Erasmi, qui
ibidem in ædicula colebatur, imminet Neapolitanæ
urbi, *Santermo*. 99.
Hernici, populi quondam Latii, nunc Campaniæ Roma-
næ, ubi urbes Anagnia, Alatrium, Ferentinum, Ve-
rulæ, *Anagni*, *Alatri*, *Ferentino*, *Veroli*. 134.
Hirpini, *Principato ultra*. 4. 48.
Histria, *L'Istria*, provincia, quæ pars Galliæ Transpa-
dagæ, sub Venetis. 150.

I

- I**apygia, a quibusdam, præsertim Poëtis, & nonnullis
ex Historicis Græcis, appellatus est omnis illæ Italæ
tractus, qui proprius spectat Græciam, a Frentone fluvio,
Il Fortore, ad promontorium Salentinorum, *S. Maria*
di Lenca. Ceteri vero sic distinguuntur: peninsulam, quæ
isthmum habens inter Tarentum, & Brundusium, ad
Salentinum usque promontorium in mare Ionium pro-
currit, promiscue dixerunt Iapygiam, Messapiam, Cala-
briam, & Salentinam: licet Calabri, & Salentini pecu-
liares populi, hi ad sinum Tarentinum, illi ad Adria-
ticum mare, Apennino intercedente, divisi sint. Quid-
quid extra peninsulam reliquum est, a Frentone ad
Tarentum, & Brundusium, appellavere Apuliam;
Dauniam quidem, quæ Frentanis est contermina, Peu-
cetiam vero, quæ peninsulæ. Nunc autem Provincia
Hydruntina, *Terra d' Otranto*, Messapiæ; Bariensis,
Terra di Bari, Apulia Peucetiarum; Capitanata, *Capita-*
nata, sive *Puglia piana*, Apulia Dauniæ respondet. 48.
Inarime (vide Ænaria) *Iscchia*: quod nomen audacter li-
centia sua composuerunt Poëtæ (sive Virgilius, sive
alius quis ante eum) ex illis verbis Homeri *Iliad.* 2. *Eiv*
A'piou, apud Arimos, qui, ut refert Strabo lib. 13. qui-
busdam videntur esse Pitheciæ incolæ. 99.

Interamna, vide Fregellæ.

L

- L**abici, orum, & Labicum, sive Layici, & Lavicum,
modo oppidum Campaniæ Romanæ, alii putant *Val-*
montone, unde Romæ Via Labicana, *Strada di Val-*

H h 2

mon-

montone; alii *Zagarolo*; alii ubi dicitur *La Colonna*
sub *Tusculo*. 26. 124.

Laboriae sive *Leboriae*, & *Laborinus* sive *Leborinus*, & *Phlegræus campus* (vide *Phlegræus ager*) ex descriptione Plinii, ut luculenter arguit *Peregrinus*, proprie est ferior pars agri *Gumani*, quæ utraque via *Consulari*, *Campana* & *Cumana*, transverse se excipientibus, definitur, & nunc appellatur *Quarto*, desumto nomine, non uno abhinc seculo, ex quatuor milliarium a *Puteolis* intervallo. 7. 64. 65.

Labulla, fons prope *Neapolim*, *Lavolla*. 110.

Lactarius mons, vide *Stabiae*.

Lanuvium, *Civita Indovina*, oppidulum prope *Velitras*. 26.
Larinum, *Larino*, Comitatus Molisini parva urbs. 132.

Latina Via, *La Via Latina*. 24. 134.

Latium antiquissimum, cum scilicet *Eneæ*, & *Albanis Regibus* pareret, solos *Latinos*, & devictos deinde *Rutulos complexum* est. Partim postea sub *Regibus Romanis*, partim sub *Consulibus*, subactis *Aquis*, *Hernicis*, *Volscis*, & *Auruncis*, eorumque regionibus sub uno *Latino nomine comprehensis*, *Antiquum Latium dictum* est, quod *Circeios usque pertinuit*; & rursum *Novum sive Adjectum*, quod usque ad *Minturnas*. Nunc temporis utrumque *Latium*, *Vetus* & *Novum*, *Campagna di Roma* dicitur, cum parte Neapolitani Regni, a *Tarracina* scilicet ad *Lirim* usque. 5. 51. 52.

Lautulae, vide *Fundi*.

Leucogæi colles, *La Lumera*, iis adjuncti, qui appellantur *Gli Struni*, sive *Astruni*. 15. 94.

Leucogæi fontes, qui e *Leucogæis collibus* suboriuntur, *L'Aqua de' Pisciarelli*. 94.

Leucopetra, *Pietra Bianca*, Caroli V. post debellaram *Africam rusticatum accendentis hospitio illustrata*, ut ex Epigrammate, quod in eadem legitur. 97.

Limon, fortasse *Il Purgaturo*, seu *vulgarius Chiopio*. Sed in *insula*, an portus sit, an, quod commentatores *Statii* conjiciunt, villa litoralis, incertum est, inquit *Celarius*. 98.

Li-

I N D E X:

245

- Liris, sive Clanis, & Glanis, *Il Garigliano*. Inter Liri-
m, & Formias memorat Plinius Pyras, oppidum sua
tempestate jam excisum. 4. 151.
- Liternum oppidum, stetit in angusto illo tramite ad dex-
trum lacus Literni latus juxta ostium, & mare, in Via
Domitianæ, ubi in prætentia speculatrix assurgit turris,
La Torre di Patria. 6. 61. 62.
- Liternus Fluvius, *Il Fiume di Patria*. 151.
- Liternus Lacus, *Il Lago di Patria*. 6. 61.
- Lucania, *La Basilicata*, cum parte Australi Principatus
citerioris, & parte Calabriæ citerioris. 3. 43.
- Luceria, *Lucera*, urbs Apuliæ Dauniaæ, sive Provinciæ
Capitanata, *Puglia piana*. 132.
- Lucrinus Lacus, *Il Lago Lucrino*, cuius longitudinem
fuisse mille passus testatur Strabo, & latitudinem inter
mare & fauces Avernorum quingetos colligit Cluverius, alti-
tudinem vero navium capacem idem Strabo: nunc autem
tenuis admodum & cœnosa palus, vulgo *Il Laghicel-
lo*. 9. 12. 75.
- Lucullanum Castrum, *Castel dell'Ovo*. 98.
- Lucullanus Collis, vide *Egla*.
- Lupia, oppidum fuit in ora Calabriæ, in Hydruntina pro-
vincia nunc pagus *La Rocca* appellatus, teste Galateo,
non longe distans ab Aletio, *Lecce*. 150.
- Lyceum Ciceronis, vide *Tusculanum*.

M

- Magna Græcia, vide *Græcia Magna*.
- Mare mortuum sub Miseno promont. vide *Misenus*.
- Maricæ lucus, in finibus Campaniæ circa paludes Min-
turnenses prope trajectum Liris. 52.
- Marrucini, prope flumen Aternum, sive *Pescara*, in oe-
cidentali parte Aprutii citerioris. 119.
- Marli, in Aprutio ulteriori apud lacum Fucinum, seu
Lago di Celano. 4.
- Maffia Gariliana, *Villaggio Garigliano*, quam in Sues-
anno agro describit Anastasius Biblioth. Maffia enim in
corrupta latinitate notat Villam, Fundum, Possessionem.
Unde cum multæ essent Maffiæ, ad distinctionem aliud

no-

nomen apponebant.

Massa Lubrensis, *Massa di Sorrento*, urbs Terræ Laboris, sed olim Villa, quæ ad Surrentum pertinuit, uti indicat ipsum nomen Massæ, quod vide in Massa Gari-liana. Fortasse a proximo Minervæ celebri Delubro, cuius adhuc extant rudera, Lubrensis appellata; sicut etiam Aedes non procul ab ipso Delubro B. Virgini dicata, vulgo dicta *S. Maria della Lobra*.

Massicus mons, *Il Monte Marso*: cujus extrema pars, quæ excisa Sinueßæ imminet, *Mondragone*; & Castellum ibi situm, *La Rocca di Mondragone*; licet hodie in planicie positum non longe a reliquiis Sinueßæ.

Megaris sive Megalia, nisi fortasse Megaria scribenda sit, *parva insula in sinu Neapolis*, quæ sustinet *Il Castel dell'ovo*.

Mergellina, *Mergoglino*.

Melpis, vide Fregellæ.

Minervæ promont. vide Athenæum promont.

Mihiurnæ, fuere in trajectu Liris, ubi dicitur *La Scafa del Garigliano*.

Misenus promontorium, *Miseno*. Fuit quoque olim portus, ut etiamnum argumento est interius immixtum mare, quod appellant *Mare morto*: & urbs a Saracenis tandem eversa, quæ in Epistolis S. Gregorii M. dicta legitur Messenum, Messena, & Missena, cui nunc respondet vulgare nomen *Millena*. Apparent & hodie quadam oppidi rudera, cum conspicuis theatri reliquiis.

Mons Novus, sive Cinereus, *Il Monte nuovo*, seu *La Montagna arsa*.

Museum M. Varronis, *La Villa di Varrone*.

Mylæ, *Milazzo*, oppidum Siciliæ in peninsula, contra Insulas Æolias, sive *Vulcanias*, *Lipætorum*, vulgo *Isola di Lipari*.

N

NAr, *La Nera*, ex Apennino in confinio Piceni, & Umbriæ ortus in Tiberim influit.

Naurochus, statio navium cum oppidulo in Sicilia, inter peninsulam Mylas, *Milazzo*, & Falacrium promont.

Capo

46.

48.

54.

98.

98.

98.

98.

98.

98.

98.

98.

98.

98.

98.

98.

98.

98.

98.

98.

98.

98.

98.

98.

98.

98.

98.

98.

98.

98.

98.

98.

98.

98.

98.

98.

98.

98.

98.

98.

98.

98.

98.

98.

98.

98.

98.

98.

98.

98.

98.

98.

98.

98.

98.

I N D E X.

247

- Capo Rasocolmo*, stetit ubi nunc castrum *Diveto*. 87.
Neapolis, *Napoli*. 17. 103. 104. 105.
Nelis, insula in Puteolano sinu prope promontorium *Pau-*
Lilypi, *Nisita*: a Græcis *Noris* ab exiguitate sic appella-
ta. 98.
Nilus, *Il Nilo*. 23. 121. 152.
Nola, *Nola*. 31. 32. 155.
Nuceria, quam Sarrañes condidere, *Nocera de' Pagani*,
quod Saraceni eam diu obtinuerint, urbs apud flumen
Sarnum Principatus citerioris, cognominata *Alfaterna*,
ad discrimen *Nuceriae Camellariae* in *Umbria*. 116.
Numicia via, ex fluviolo *Numico*, seu *Numicio*, qui ho-
die *Torno* vocatur apud *Lavinium*, *Città Lavinia*. 139.
Nymphaeus fluvis, vide *Pomtina palus*.

O

- Olympia* ~~area~~ ~~valle~~ *Chiaia*, inter *Lucanianum* col-
lem, & *Paüsilypum* promontorium, quam nostra
memoria *Dux Medinæ-Cœli Regni* *Præfectus* silicibus
stratam, fontibus, & arborum umbraculis amoenio-
rem reddidit. 98.
Opicia, seu *Opicorum campus*, *Il Territorio Capuano*. 140.
Opulenti (sic scribendum censet *Cluverius*, cum *Tabula*
Itineraria habeat Oplontis) ubi nunc *Torre della Nun-*
ziata. 97.
Oscia, ita olim appellata *Capua*, & *Osci*, *Campani*. 25.
26. 140. 141.

Ostia, *Ostia*, urbs excisa in *Campania Romana*. 8. 69.

P

- Pæstum*, *Pestæ*, urbs *Lucanæ* post *Silarum* amnem,
Græcis *Pæstænia*, *Posidonia*, nunc vicus tantum se-
midirutus in ora Principatus citerioris, a quo 111.M. P.
distant *Caput Aqueum*, *Capaccio*. 41.
Pæstans, *area* *Posidoniæ*, Posidonates sinus, quia Pæ-
sto adjacet, *Golfo di Salerno*, qui definitur *Athenæo*,
& *Posidæo*, Posidio promontorio; quod a parva insu-
la, seu petra potius, que contra est, *Leucalia*, sapient
Leucosia, *Λευκωσία*, nuncupatur etiam *Leucosia* pro-
montorium, *Capo di Licea*. 98.

Pa.

- Palaepolis: ex Livio colligere est cum Cluverio sitam fuisse
in litore ad Orientem versus, medium inter Neapolim,
& Herculaneum, vide Neapolis.
- Parthenope, vide Neapolis.
- Parva Graecia, vide Graecia parva.
- Pausilypus, Posilipo. 15. 95. 97.
- Petra Herculis, vide Sarnus.
- Phœacia, eadem ac Corcyra, Ionii maris Insula, Cor-
fū. 18. 108.
- Pharus in Portu Puteolano, vide Puteoli.
- Phlegræus ager Graecis, sive Laborinus & Leborinus Latini, Plinio proprie est Cumanī pars, Quarto, vide La-
boriae: Straboni autem ob sulfureas & ignitas exhalatio-
nes, totus Cumanus; sicuti eandem ob causam Phle-
græum appellat Diodes Siculus Vefuvianum agrum.
Sed Polybio ob secunditatem, quam ignes rufosmodi
subterranei pariunt, eodem quoque nomine signatus est
qui circa Capuam, & Nolam. Hinc existimant, a cam-
pis Laborinis Campaniam dictam esse Terra di Lavo-
ro. 7. 62.
- Picenum, unde Piceni & Picentes, La Marca d'Anco-
na. 23. 131.
- Picentini, Campanis contermini, partem Borealem Prin-
cipatus citerioris tenuere, quorum caput fuit Picentia:
locum modo appellant Bicenza. 33. 158.
- Pilz, seu Moles Puteolanæ, vide Puteoli.
- Piscina Mirabilis, La Piscina Mirabile, integra adhuc vi-
satur, stantibus pilis, lata passus 160. longa 250. Hanc
propter stetit Villa C. Julii Cæsaris, & secundum viam
Milenum versus tumulus Agrippinæ Matris Neronis,
ut Tacit. lib. 24. 80.
- Piscina Traconaria, La Grotta della Traonara: in præ-
senti nihil cernitur, nisi cavum inveniatur, in quo nitrum
infectores colligunt, quod Fisco reddit. 80.
- Piscinæ Vedii Pollionis, vide Villa Vedii Pollionis.
- Pithecuæ, vide Ænaria, & Prochyta.
- Plutonia, orum, specus in Asia pestiferum halitum ex-
halantes, quæ Ditis spiracula credita sunt, 82.

Pometia, vide *Sueffia Pometia*.

Pompeii, apud quos Pompeianum Ciceronis, urbs ad ripam Sarni, ubi hodie *Scafati*: quam commune navale appellat Strabo lib. 5. Nolæ, Nuceræ, & Acerrarum. Sed ejus portus periit ob Vesuvianas eruptiones. 20. 97.

117.

Pomtina palus (Pontinæ paludes scribit Dio Cassius lib. 44.

πόντινα λαγη) Cluverio eadem ac Satura palus, quæ apud Virg. 7. En. *Le Paludi Pontine*; sic appellata a Sueffia Pometia, quæ contracte Pomtia, & a Feilo Pontia dicta est, Volscorum urbe mediterranea. A Tribus Tabernis (in Act. App. 28. memoratis, quæ non procul a *Cisterna*) ad Tarracinam usque, spatio xxx. ferme M.P. fuisse extensam, antiqua prodit inscriptio apud eundem Cluverium. Hodie viatoribus, qui appello *Habent ad Terracina, hiberno tempore maxime infesta, ob alluvionem præsertim Asturæ, Astura, Nymphae, La Nimpæ, Amasenæ, Toppia, & Ulfentis, Il Portatore.* 22. 130.

Pons Caligula in Puteolano portu, vide Puteoli.

Porticus, Portici. An ab antiquo proximæ Retinæ portu? vide Retina. 97.

Portus Julius, etiamnum *Il Porto Giulio*, hodieque moles sub undis marinis ante Lucrinum conficiuntur. 12. 86. 87.

Præneste, *Palestrina*, urbs Campaniæ Romanae. 41.

Privernum, oppidani Prvernates, *Piperno*, urbs quoniam Volscorum, nunc in Campania Romana. 49.

Prochyta, *Procida*, cui adjacet ad Occasum parva insula, *Isola di Vivara* dicta. 99. Quia ab Ænaria insula profusa, ut Plinius, quasi *αντροι των προχύτων*, sive avulsa credebatur, ambæ ab initio communi nomine dictæ Phithecusæ videntur; quod postea quidam soli Ænariæ, alii soli Prochyta tribuerunt. Hinc Livius, ut notat Johannes Dujatius, Pitheciarum vocabulo appellat Prochytæ. 104.

Pupinia seu Pupinius ager, prope Tusculum. 26.

Puteolana Crypta, *La Grotta per cui si passa da Napoli a Pozzoli*; cujus super ingressum ad Orientem versus pafsum sedita sunt ossa Virgilii fuisse condita, testante Do-

I i n a t o,

nato, jussu Augusti Neapolim translata, sepultaque via Puteolana intra lapidem secundum Cluverius tamen condit sub Vesuvio apud vicum *S. Giovanni di Tiduccio*: sed improbat a Peregrino, qui, si a communis sententia recedendum, potius locat via Puteolana, quæ fert Neapolim per Collem Antinianum, *Antignano*, ita dictum, quia contra est Anianum lacum. 16. 101. 102.
Puteolanum Ciceronis, vide Academia Ciceronis.

Puteoli, *Pozzuoli*, frequentissimum emporium, cujus portus totius inferi maris celeberrimi extant adhuc vestigia, tum in Pharo, ad nocturnos Alexandrinarum navium cursus regendos erecta, ut ex Plin. lib. 36. cap. 12. sed incertum an fuerit in mari, ut ostendunt incolæ ubi dicitur *Lo Caruso* sicutum præcipue in pilis illis nunc xiv. stantibus, ingenti magnitudine, de quibus Seneca ep. 77. Suetonius in Calig. Strabo lib. 5. quas hodieque appellant *Il. Molo*, *Mælos* enim Græcis est extructum in fluviis ædificium, & portus manu factus. Ex muro autem, qui superne molibus hisce per arcus incumbit, fallo interpretantur partem pontis Caligula superititem, & vulgo nuncupant *I Ponti*; cum scribat Suetonius, Baiarum medium intervallum, trium millium & sexcentorum fere passuum, ad Puteolanas moles ponte ex contractis undique onerariis navibus Caium conjunxit. 9. 14. 74. 89. 90.

Pyræ, vide *Liris*.

R

Reate, unde Reatini, *Rieti*, urbs modo Umbriæ; prope Regnum Neapolitanum. 148.

Retina, *Refina*, oppidulum olim, in cuius portu ab Herculanæ promontorio (vide Herculaneum) efformato, pars Romanæ classis, quæ apud Misenum, stationem habebat. 83.

Rhodanus, *Le Rhône*, *Il Rodano*, fluvius Galliæ Narbonensis maximus. 158.

Rubico & *Rubicon*, *Rubicone*, *Pisatello*, *Fiumefino*, fluvius Emiliæ, seu Galliæ Togatae Cispadanæ, sive Lombardia di qua dal Po, olim Italæ terminus, notus ex civilis belli initio, quo Romana Respublica exarsit. 151.

Ru-

Rudiae, gentilium Rudius, & Rudinus, Eanii patria
jam excisa, cuius locum modo appellant *Ruja*, stetit
in Salentinis inter Tarentum, Utriam, Oria, & Man-
duriam, *Casal novo*. 150.

Rutuli, inter Antium, & Oltiam, quorum caput *Ardga*,
Ardea, ab Ænea devicti, primi inter reliquos populos sub
Latinorum nomine recensiti (vide Latium) cum cre-
scere antiquum Latium inciperet. 157.

Rutupiæ, hinc gentile-Rutupinus, oppidum in Britannia
Romana, modo *Richboruu* dicatum, regionis Cantii,
Kent, ultra quam Cæsar non est progressus: & portus,
olim clarior apud varios Scriptores. 77.

S

SAbini, Italiae populi inter Umbriam, Etruriam, & La-
tium, ubi hodie Provincia Sabina, *La Sakina*. 132.

Salentini, vide *Iapygia*.

Samnium, gentile Samnites, olim complectebatur par-
tem Aprutii citerioris, Comitatum Molisimum, & par-
tes Provinciæ Capitanatæ, Principatus ulteriotis, & Ter-
rae Laboris. 4. 47.

Samos sive Samus, hinc Samii, *L'Isola di Samo*, in mari
Ægeo, contra Ephesum ab ortu, & Icariam insulam
ab occasu. 34.

Sarnus, *Il Sarno*, sive *Il Fiume di Seafati*: cuius ad ostium
in sinu Stabiano statuenda videtur *Petra Herculis*; a
Plinio lib. 32. cap. 2. memorata, quam in præsenti dici-
mus *Rivigliano*, ut patet ejusdem sententiam expenden-
ti. Unde Peregrinus, qui eandem locat post Stabias sub
monte *Lo Scrajo*, & appellat *Lo Scoglio d'Orlando*, qui
ibi positus, mientem Plinii minimè videtur affecitus. 3.

33. 116. 158.

Sarrastes, Nucerinum agrum circa Sarnum fluvium inco-
luere, quorum caput Nuceria. 117.

Sarus mons, non procul a Sarno flumine. 116.

Saticula (non Satricula, vel Aucticula, nec oppidanii Sa-
triceni pro Saticulani, ut in corruptis Livii exemplari-
bus) locatur a Cluverio sub Tifatis monte Campaniam
versus, ubi in præsenti est oppidum *Caserta*; licet refrag-
antibus Peregrino, qui eam statuit ad latus ejusdem

mon-
I i 2

352 I N D E X.

- montis Samnium versus circa castellum *Limatola*, vel
ubi fuit Caput vicus *Sarzano*, proxime ad Vulturenum;
& Holstenio, qui eandem tribuit Samnio. 29. 147.
- Satura palus*, vide *Pomtina palus*.
Savo fluvius, *Il Saone*. 5. 57.
- Scatebra*, *Il Fiume di S. Germano*. 133. 135.
- Sebethus*, *Il Sebeto*, sive *Il Fiume della Maddalena*, olim,
ut nonnulli Geographorum existimant, Veseris quoque
appellatus, a vicino oppido ejusdem nominis ad radices
Vesuvii: quamquam in obscuris sit, oppidumne fue-
rit, an flumen, an utrumque, an aliud. 19. 140.
- Seiani Crypta*, vide *Euplecta*.
- Sena & Senna*, *Cesano*, fluvius Umbriæ non procul a Seno-
gallia, sive *Sinigaglia*, qui influit in Adriaticum. 151.
- Senones*, populi Gallie *Lugdenensis*, hodie *Le Senanois*,
qui Senogalliam condidere. 151.
- Sequani*, populi Gallie *Lugdunensis*, nunc Comitatus
Burgundie, *La Francie Comté de Bourgogne*. 158.
- Setia*, unde Setinus ager, *Sezza*, in Campania Romana
prope Privernum. 125.
- Sextiæ Aquæ*, vide *Aquæ Sextiæ*.
- Sidicinus ager*, *Il Territorio di Tiano*. 5. 58.
- Silarus fluvius*, *Il Selo*. 158.
- Sinope*, oppidani Sinopenses, urbs in ora Ponti Euxini:
quo nomine dicta est etiam Sinuesa. 5. 54.
- Sinuesa*, sive *Sinope*, urbs excisa in ora ubi definit
mons Massicus, cuius ingentia vestigia, portusque rui-
nas prope Castellum *Rocca di Mondragone* conspicuntur. 5. 53.
- Sinuesianæ Aquæ vel Balneæ*, *L'Acque di Mondragone*, in
Sinuesiano litore, ubi Turris speculatrix, quæ idcirco
dicitur *Torre de Bagni*, apud quam pervetus est *Ædiciu-
la*, & *MARIA a Caudara*, sive *a Caudara* dicta. 5. 55.
- Sirenuſarum promontorium*, vide *Athenæum*: promont.
- Sirenuſæ*, tres parvæ Insulæ, quarum propior continent
vulgari nomine *Avetara* dicitur, reliquæ *I Galli*. 98.
- Sora*, *Sora*, urbs Terra Laboris in confinio ditionis Pon-
tificiæ. 4. 48. 49.
- Spelunca*, vide *Amyclæ*.

Sta-

Stabia^æ, olim ultra Sarnum sita in agro Nucerino, ad quos pertinuere, a L. Sylla deinde bello Sociali deleta, ut Plini lib. 5. cap. 3. in villas abierunt: quarum una ad regare nomen earum obtinuit. Unde in praesenti dicitur **Castello a Mare**, sive **Castello a Mare di Stabia**, urbs Terræ Laboris. Stabianum lac celeberrimum apud veteres. Hinc Procopius lib. 4. Goth. B. cap. 35. in hoc tractum montem Lactis, sive Lactarium memorat, a copia & salubritate, qui oppido quod hodie sustinet, nomen indidit, *Lettere.*

Stellatis ager, *H. Territoria di Carinola.* 5. 25. 58. 137.

Stymphalis, Arcadiæ lacus. 133.

Sueffa Aurunca, **Sessa**: dicta etiam legitur tantum **Sueffa**, vel **Aurunca**, vel **Ausona**. 22. 129.

Sueffa Pometia, vel **dumtaxat** **Sueffa**, vel **Pometia**, in **extremitate** **Fontini** campi Romani versus (vide **Domina palus**) sita est. 120.

Sueffula, in via fuit, quæ ab urbe Capua Nolem ferebat, æquali fere intervallo ab utraque urbe distans, ubi hodie dicitur **Torre di Sessola**, sive **Castellone**. 31. 152.

Surrentinum promont. vide **Athenæum** promont.

Surrentum, **Sorrento**, urbs Terræ Laboris: apud quam ubi mons in mare prominet, **Capo di Sorrento**, sive **Capo di S. Fortunata**, quæ ibi in Aedicula colitur, non obscura apparent vestigia Pollianæ Vilæ, quam describit Statius; & ibidem adhuc memorant in amoeniori quodam maris lecessu, quæa vocant **Lo Portofuso**, dulces aquas ex imminentibus cisternis inter marinas undas exilientes: apparent etiam in proximo litore, quod etiamnū domini sui Polli nomen servat **Puolo**. 98.

T

Tarentum, **Taranto**, urbs **Messapie**, nunc Hydruntinæ Provinciæ, in intimo sinus recessu, qui ab ea Tarentinus est cognominatus, **Golfo di Taranto**. 44.

Teanum Apulum, urbs excisa Apulie Dauniae, seu Provinciæ Capitanatæ, cuius situm ad Frentonem, xvi. millibus supra ejus ostium, nunc appellant **Civitate**, vel **Civita**. Gentile **Teanenses**. 23. 132.

Tequinum Sidicinum, **Tiano**: oppidani dicti sunt **Sidicini**.

ad.

ad discriminem Teanensium Apulorum.

23. 132.

Teate, unde populi Teatini, Chieti, & Civita di Chieti,
caput olim Marrucinorum prope Aternum fluvium, Pe-

scara, hodie in Aprutio citeriori.

119.

Terducium vulgo, novus vicus, S. Giovanni di Teduccio. 97.

Thermae S. Germani, vide Agnanus lacus.

Tholus Baianus, Il Truglio di Baja.

10.

Tibur, gentilium Tiburtinus, Tivoli, in Campania Ro-

manea.

41. 51.

Tifata, Monti dell'antica Capoa, e di Caserta. 28. 146.

Traconaria Piscina, sive Crypta, vide Piscina Traconaria.

Trajectum, oppidum situm in editis collibus non procul
a Minturniarum reliquiis, quod vulgare nomen Trajet-
to ab Liris trajectu desumit.

46.

Trebia fluvius, La Trebia, qui ex Apennino apud Fla-

centiam, Piacenza, in Padum, Po, influit. 29. 147.

Trebula in Campania, Cluverius interpretatur Trentosa;

Peregrinus vero, qui eam locat in agro Formiculano.

Baronia di Formicola, intra Calatiae fines, vulgo ait
appellari ejusdem ruiñas Tregbia, & Treglia. 29. 147.Trebula in Sabinis, Monte-Leone della Sabina, cognomi-
nata est Mutusca, unde Trebulani Mutuscæ; ut ab al-
tera Sabinorum Trebula, cui cognomen Suffena, vel
Suffenas, discerneretur, unde Trebulani Suffenates;
quam Harduinus in Plin. interpretatur Montorio di Ro-
 magna.

147. 148.

Trerus fluvius, vide Fabrateria,

Tusculanum, sive Lyceum Ciceronis, ubi nunc dicitur
S. Maria di Grotta ferrata, prope Tusculum. 13. 89.

Tusculum, Frascati, in Campania Romana. 26.

Tyrrheni, Τυρρηνοί, a Græcis dicti sunt, quos Romani
dixerunt Etruscos, & Tuscus; Tyrrhenia enim, Tu-

rreria, & Tuscia sunt, La Toscana. Hinc Mare Infe-

rum, sive quod a Liguria, Riviera di Genova, ad fre-

tum Siculum, Faro di Messina, Meridianum Italæ la-

tus alluit, Tyrrhenum & Tuscum, Mare di Toscana,

ab hac potentissima gente accolæ nuncupatum est: sicuti

quod Septentrionale, Superum, & Adriaticum, ab Adria

Tuscorum in Venetis colonia, Il Golfo di Venetia, sive

Mare

<i>Mare Adriatico.</i>	155.
<i>Tyri, Tyri urbis in Phœnicia incolæ.</i>	32.

- V**aticanus ager, *Il Territorio del Vaticano*, qui unus ex septem collibus urbis Romæ. 26.
- Velinus lacus, *Lago di Piediluco*, in Umbria. 93.
- Venafrum, *Venafro*: a qua non procul abest Atina, urbs quondam Latii, & Praefectura celebris; modo vicus Campaniæ, *Atino*. 124. 135.
- Vescia, gentile Vescini, urbs olim celebris, ignoti situs, proxima Sinueflæ. 22. 124. 125.
- Veteris, vide Sebethus.
- Vestinus-fluvius, quam Vibius in Sarnum derivat. 116.
- Veltini, tenuere partem Aprutii ulterioris inter fluvios Aternum, & Matrinum, *Pescara e La Piomba*. 22. 126.
- Vesuvius, *Il Vesuvio*, sive Monte di Somma. 20. 214.
- Vifens fluvius, vide Pomtina palus.
- Via silice strata sub undis post Baiae Misenum versus, vide Baiae.
- Via Appia. 25. 139.
- Via Domitiana, vide Liternum.
- Via Latina. 24. 134.
- Via Lavicana, vide Labici.
- Via Numicia, vide Numicia Via.
- Vicus, a vicino lacu Litterno vulgari appellatione vocatur *Vico di Pantano*. Plura rimatus de ejus antiquitate Peregrinus, ibidem probat fuisse Villam Africani. Unde verba Valerii, *Vici ignobilis eum accolam fecerunt*, de hoc Vico, non de Litterno oppido interpretatur. 62.
- Vicus Æquensis, seu rectius Æquanus, ut Peregrinus, urbs hodie Terra Laboris in Surrentio promontorio, *Vico di Sorrento*; olim enim paganus viculus in publica via, quæ a *Stabia-Surrentum* ducebat. Ab Ævana regione nomen traxit, quam describit Silius lib. 5. ad latus Surrenti, quod Stabias spectat; & etiamnum argumento sunt *Equa*, & *Massaquano*, quasi Massa Ævana, qui viculi sunt hodiernæ Ævanae Urbis; ita etiam datus est Vicus. 98.
- Villa C. Julii Cæsaris, vide Piscina Mirabilis.

Villa

- Villa C. Marii; vide Avernus lacus.
- Villa Ciceronis, vide Academia, Cumanum, Formianum, Pompeianum, Tusculanum.
- Villa Hortentii apud Baulos. 113.
- Villa L. Luculli in agro Misenati. 72.
- Villa Magni Pompeii, vide Avernus lacus.
- Villa M. Varonis, vide Museum.
- Villa Pollii Felicis, vide Surrentum.
- Villa P. Servilii Vaciae, vide Acherusia palus.
- Villa, & Murænarum vivaria Vedii Pollionis, in ora Pausiliyi promontorii meridiana, ubi dicitur *Mare chiano*, quorum ingentes ruinas non in litore solum cernere est, sed etiam procul a litore per cestenos usque passus & amplius sub undis pertant urinatores. Non longe hinc stetisse ~~templum~~ *Fortuna sacrum* plures produnt auctores, ubi scilicet nunc religiose colitur *Aedes elegansissima* de Jure Patronatus Gentis Mazæ, melioribus auspiciis. 100. 101. S. MARIE de Pharo nuncupata.
- Vinius, *Il Fiume di S. Elia in S. Germano*, qui simul cum Scatèbra influit in Lirim infra oppidum S. Apollinaris, ubi dicitur *La Giuntura*. 24. 134. 135.
- Virgilii sepulcrum, vide Puteolana Crypta.
- Vivaria insula, vide Prochyta.
- Volsci, populi Latii ab Antio ad Tarracinam, & ad Liris fluvii superiora. 22.
- Vulcani Forum, *La Solfatara*. 15. 93.
- Vulsinium & Vulsinii, sive Volsinium & Volsinii, orum, urbs alias Etruria, nunc castrum in Provincia Patrimonii, *Bosnæ*. 120.
- Vulturnum, antiquum nomen Capuae. Sed Cluverius ab Tuscis iudicatum putat Capuae nomen Altumnus, sicut etiam appellatus fuit ab initio ipse fluvius Vulturnus: quod postea Romanos formasse *Vulturnum*. 26. 141.
- Vulturnum, urbs ad ostium Vulturni, modo is esse locus putatur, qui lævæ ripæ appositus, dicitur *Castel Vulturino*, sive *Castello a mar di Volturno*. 59.
- Vulturnus fluvius, *Il Volturno*. 5. 58.

L'ento e manifedonia loffido
— I N D E X. —

ER-

ERRATA CORRIGENDA.

Página,	Versus,	Errata,	Corrige:
13.	12.	Sevat ,	Servat :
35. & alibi, 14.		Ludovicus Bau- drant ,	Michaël Antonius Baudrand .
44.	11t.	Æstivum ,	Æstivatum .
46.	9.	Minturnum ;	Minturnas .
69.	18.	Effent ,	Effet .
Ibid.	19.	Deportaturi ,	Deportari .
Ibid.	20.	Mandari ,	Damnari .
114.	2.	Juxta Lucrinum .	Dalendium est .
149.	21.	Cuniosus ,	Suetonius .
173.	14.	Inaureos ,	Inaures .
225.	14.	Trahunt ,	Retrahunt .
228.	11t.	Redidit ,	Reddidit .
231.	9.	Probis ,	Probris .
244.	22.	Circeios ,	Circeios .

Eminentissime & Reverendissime

D O M I N E

Antonii Sanfelicii *De Situ Campaniae* libellum stili elegantiæ , rerumque veritate sapientum virorum judicio commendatissimum , in eumque adjectas ab altero Antonio Sanfelicio Juniore , qui nunc est Episcopus Neritanus , Notas omni profluis eruditione referatas jussu E.T. legi ; nec quidquam deprehendi quod non sit ad Catholicæ Fidei , bonorumque morum amissim diligenter exactum . Nimurum non erat aliter a Sanfeliciis exspectandum , qui semper antiquam Familiaæ amplissimæ gloriæ sapientia , & religione augere studuerunt . Opus igitur typis dignissimum

K k

simum

simum censeo, si judicio meo E.T. auctoritas acceſſerit.

Neapoli Calendis Martii M. DCC. XXVI.

E.T.

Umilius, Addictiss. & Obſequentiſſ.

Seruus

Januarius Majellus.

*Attenta ſupradicta relatione imprimatur. Neapoli 20.
Martii 1726.*

D. Petrus-Marcus Giptius Canon. Dep.

EMINENTISSIME PRINCEPS

Illiſſu Eminentiae tuæ accurate percurri Librum, aliās typis mandatum, cui Titulus, *Campania*; & in eo nihil Cæſareis, ac Regiis juribus, aut civilibus moribus diſſonum reperi; quinimò animis excolendis, & perutili delectatione perfundendis, conſona cuncta deprehendi. In illo namque ab Antonio Sanfelicio noſtre Campaniæ littora, Urbes, deliciae, ſoli ubertas, Cœli clementia, graphicè deſcripta reperiuntur. Operi huic ornatissimo, & numeris omnibus abſoluto, acceſſerunt aureæ Notæ, ſudio ILLUSTRISSIMI Antonii Sanfelicis junioris, impræſentiarum Eccleſiæ Neritonenfis Præfulis meritissimi, qui dum juvenili ætate floreret, morum gravitate, & ingenii matuitate mirificè pollens, Antonii ſenioris Librum, omnium iudiciorum probatum, egregiis Notis, tanquam auro, gemmisque exornavit. Quamobrem illum, unâ cum Carminiibus, quibus ipſem senior Antonius florenti adoleſcentiā ludebat, ſub Titulo *Clio Divina*. Si Eminentiae tuæ iudicium acceſſerit, luce publica digniſſimum cengeo. Dabam ex Aedibus Congregationis Oratorii, Idibus Junii, Anno ab Æra Dominicâ M.DCC.XXVI.

Eminentia tua

BIBLIOTHECA *Humilius, & addicſſimus Famulus*
DE LA *Thomas Paganus Congreg. Oratorii.*
VILLE DE

LYON



